40

Costo 6 Reales

CLAVDII PTOLEMAEI

PHELVDIENSIS ALEXANDRINI
ALMAGESTVM SEV MAGNAE CONSTRVCTIONIS
MATHEMATICAE OPVS PLANE DIVINVM
LATINA DONATVM LINGVA
AB GEORGIO TRAPEZVNTIO VSQVEQVAQ.
DOCTISSIMO.
[redacted] DIVINAE
MATHESEOS PROFESSOREM EGREGIVM
IN ALMA VRBE VENETA ORBIS REGINA
RECOGNITVM
ANNO SALVTIS M D XXVIII LABENTE

Nequiſpiam alius Calcographus/Venetiis aut uſquã locorum Venetæ ditionis impune Almageſtum hunc imprimat per Decennium/Senatus Veneti Decreto cautum eſt.

Thauis.

Corrigose con Comission de los S.res Inquisidores segun el índice del año de 1707.

fr. Ant.o Blanca

PROHAEMIVM AD SANCTISSIMVM DOMINVM SIXTVM PON. MAX. ANDREAE TRAPEZVNTII GEORGII FILII IN PATERNAM ALMAGESTI PTOLEMAEI TRADVCTIONEM PREFATIO.

EVOLVENTI MIHI NVPER LIBROS Patris mei Georgii Trapezuntii uiri optimi/& omni doctrinarum genere insignis/Beatissime pater/obtulit se magna illa Ptolemæi compositio: Quã almagestum uocant ab eo in latinum e Græco conuersa. Sed inimici factione atq; odio ex inuidia conflato nondum emissa: quã (ut attigi) statim percussit animum acerbus ille & pene sopitus ac euulsus dolor uetustate. Qui omnem mihi ueterem calamitatem atq; miseriarum acerbitatem cumulumq; renouauit. Nam fœlicissimum illud trapezuntii ingeniũ uitaq; omnis Sanctissime acta laboresq; sui & studia pro cõmuni eruditione sponte suscepta/quo tempore fructu aliquo recreari debebant/in eo perditissimæ animorum declarationes/ac iniuriarum moles/ab his/quos summis beneficiis deuinxerat/extiterunt. Nõ enim eos reliquis in artibus peruagata Iam trapezuntii fama/eruditorum consensu celebrata adeo sollicitabat. Sed Ptolemæi operis omnium difficillimi eisq; minime cogniti splendore plurimum agitabat. Cum trapezuntiana industria in gloriam nominis sempiternam/latinis hominibus Tum primum refulgeret: Atq; cum ipsi & literarũ ubertate & ingenii acumine doctis illa ætate uiris p̃stare se arbitrarẽtur: ea uero conuersione ab uno Trapezuntio Se facile supereri uiderent: omne eorum studium factionemq; omnem ad acerbissimas in eum uexationes cõportarunt. Ita partim sua ipsi potẽtia Partim Mercendariorum conductu/non libros Trapezuntianos obruere modo cupierunt. Sed communem quoq; illum innocẽtissimi hominis spiritum de hominum genere optime meritum per sũmum scelus omnibus p̃sidiis interclusis eripere tentauerunt. Quorum compresso odio ex inuidia collecto iam erumpente nisi in articulo tẽporis concidere Maluissemus/a ceruicibus nostris furorem illum Scythicum omni ratione depellere oportuit. Has inuidiæ tempestates per potentes inimicos concitatas. Diuus ille Alfonsus/Regum omniũ (quos p̃sens omnium memoria longius repetere potest) Præstantissimus/cum accepisset Statim Trapezuntium per literas ad se/Neapolim cõmune doctorum refugium Portumq; tutissimum accersiuit/Et desponsa in annos singulos non mediocri pecunia/comiter benignæq; suscepit. Tot igitur tãtisq; calamitatibus & familiæ cura oppressus dilaceratusq; Trapezuntius/Traductionem ipsam plurimis annis elaboratam compressit. Cuius editio ab eo eximebatur/ut remissa aliquando uel secessu inuidia/uel humanitate sopita/uel uetustate consumpta sua tandem cum Animi tranquillitate & fortunarum reintegratione nostris hominibus diuulgaretur sed decurtata/potentis inimici factione uita/Morte Antea preuentus est q̃ inscribere quæq; posset. Quo mortuo uaria ipe rei familiaris cura distractus nõ adhibere in libri dicationem omnium potui. Sed cũ iam omnis ea sollicitudo studiumq; huiusmodi deferbuisse uideatur: Conuerti me tandem ad literas longo interuallo reuocatas: Atq; quotidiano conuicio hominum qui a me hoc Munus non postulabant/Sed efflagitabant/non sum passus debere diutius Quin iam iã attrectandũ eis retinendumq; dimitterem: Cum sepe igitur diuq; ipse mecum cogitarem Cui potissimum id laboris dedicarem unus Tu ex omnibus pricipibus/Quos nostra ætas Alit dignissimus occurristi/Cui paternas uigilias Merito desponderem/Digna enim mihi uisa res est & summo certe digna Pontifice: Vt

hæc Cœlestium corporũ inferiora turbantium Diuina Ptolemæi demonstratio tibi inscriberetur: Qui humanarum rerum omnium pariter & diuinarum Pontificatũ inieris/Tuæ uirtutes tum singularisq; religio ac pietas tanta/Quanta dei optimi Maximi Vicarium decet/eam tibi dignitatem Iam pridem promittebat: ad quam Cœlestium contemplationum uidetur dedicanda esse doctrina. Q d̃ si uel totius Philosophiæ/uel actionis uitæ/uel præclarissimarum tuarum laudum gloria mihi nunc non explicanda/Sed recẽsenda esset/omnibus liqueret profecto/naturam ipsam Te unum ex oibus delegisse: In quo ornando omnes suas uires dotesq; suas oẽs effunderet. Ea enim in te bonitas est/is fidei cultus/ea iustitia/id religionis studium/ea deniq; sanctimonia ut cum nullus Tibi non anteferri sed ne comparari quidem possit. Video te in horum temporum fœlicitatem diuinitus Pontificem Maximum esse declaratum qui tua singulari uirtute propeq; diuina/Solus effecisti/ut dum omnium honorum genera sperneres: omnium tamen dignitatum culmen pro summis tuis uirtutibus adipiscereris ut non ad sũmmam Imperii maiestatem Ambitionum studio/Sed cunctis Apostolici Senatus suffragiis: omnium Præterea Gentium atq; populorum consensu & desiderio uocauerẽ/quo quidem tuo facto/Cœteris ad uerã uirtutis laudem aspirantibus diuinum imitandi tui exemplum præscripsisti: atq; ad dignitates sectandas easdemq; pure Casteq; Adipiscendas uiam formamq; contulisti/At cum singulare illud tuum ingenium ad Veritatis studiũ contulisses/omneq; tuæ uitæ tempus ad rerum diuinarum rationes exquirẽdas transmisisses/breui adeo tempore omnem Philosophiæ ac Theologiæ cognitionem absolutissime atq; locuplentissime hausisti/ut neq; nostra neq; maiorum nostrorum ætate aut ingenii ac cumine & celeritate aut disputatione & memoria/aut subtilissimarum rerum & pœne incomprehensibilium perceptione/quisq̃ tibi proxime accesserit/ quibus artibus & disciplina apud omnes ita fama floruisti/Vt cum nihil iam ribi ad decus/Nihil ad laudem operis supereresset/quo illustrior & acceptior per omnes populos uolitares: Vitam tamen integerrimam adiunxisti/publicam utilitatem priuato usu prætulisti. Quæ omnia & si clarissima in te uno fuerunt q̃ in singulis singula/ Multo tamen fateor tua uitæ institutione fuisse clariora Atq; illa magis tua uirtute augeri: q̃ tu ab illis auctus inueniaris: Iam uero si benignitatem/Clemẽtiam/ Liberalitatẽ/Innocẽtiã/Magnificẽtiã attingere licebit: quis te ullo laudis genere præstantior/aut splendidior inuenietur? quo uno literarũ sacrario & uirtutũ officina nõ solũ Romana ecclesia plicate tranquilleq; regitur. Sed ipsa quoq; Vrbs tuis aspiciis & meritis aucta & illustrata pristinam dignitatem sibi restitutam Lætatur. Quis enim non iuræ lætabitur Tantã in te Animi Magnitudinem? Tantos erga Deorum Immortalium templa/ac in Vrbis elegantiam pecuniarum aceruos esse profusos. Cum hæc tua edificia Studio singulari/Splendore admirabili/ Multitudine infinita/Tam celeriter & expleueris & inornaueris? qui plura breui Tempore Magnificentius effeceris/q̃ cœteri memoria nostra Pontifices in tam rerum diuturnitate affecerint. Testis est Diui Petri Aduincula in ueteri curia Templum parietibus & Sarcto tecto in admirabilem Iocunditatem sumptuoso opere exedificatum: Testis ipsa duodecim Apostolorum Ecclesia diruta antea. Nunc tua ope ad amplitudinem Mœcenatisq; operis Splendorem reuocata. Testis Terræ Cœliq; moderatoris diui Petri Basilica Quæ tuo ductu & Impensa auro irradiatur. Et elegantiore Ornatu illustrata circunspicitur. Testis Diui Stephani & Vitalis/reliquorumq; deorum ædes & delubra/Vrbis etiam solitudine obsoleta/ Tua unius opera & impensa Locata/ Collocupletata & Ornatiora q̃ erant in hominum oculis collocata/Testis sacrarium illud Matris Dei ad portam flamineam/nouo opere fornicibus Marmoratis instructum. Cuius aditus diuini numinis religionem: immo Religionem ipsam prefefert. Pontem uero illum tuum fœlicibus auspiciis excitatis ab aqua fundamentis: Murmuri Tiberino impositum: adeo Tiburtino lapide præstantem/ut tanta mole nihil Antiquitati remittatur: Cum non Ianiculum modo ipsum: uerum Vrbs tota & artificio & impensa & utilitate illustretur. Quis satis digne efferre poterit: præsertim eum Valentianum Pontem Ianiculum & Vrbis insulam continentem tantopere ante-

cellat? Valitudinariam uero illam ſancti ſpiritus/hoſpitalemq; egrotorum ſedem cottili latere ad Tyberis ripam tam elegantiſſime atq; lautiſſime ædificatam: qua nihil ad uſum melius/ad ſpeciem pulcrius: ad gloriam diuturnius deſideratur: Quantam tui animi amplitudinem/Miſericordiam/Caritatēq; denotat? Sed quid ego aut uiarum deſcriptionem/aut arearum laxitudinem/aut edificiorū & templorū totius urbis ſplendorem iam ſuæ uetuſtatis amplitudinem ac ſuauitatem agnoſcentis pluribus exequar? aut ſingula memorem? cum ipſius ciuitatis urbs tota/tantam eiuſmodi in reb9 profuſionem ac ſtudium tuum in primis adeo circumferat/ut deformata antea nunc per te luculentiſſime exornata/non lætari modo de tuo pontificatu/Sed geſtire prope omnibus uideatur: & quo diuturnius id ei in hac ſumma tranquillitate pacis & otii per te ſit/diis præſidibus ac omniū rectori & moderatori deo pientiſſime cōprecatur/Ad hanc igitur tui gloriam recognoſcendam & litterarum monumentis immortalitati cōmendādā/ omnes qui grati eſſe uolent/quicqd ſtudii ab eis impendi poterit/Nauare operam pro uiribus debēt/ne officio in te ſuo/ & quidem cum uitio defuiſſe uideantur/qui ſi cui uel facultas defuerit/uel tempora denegauerint/uel domeſtica cura retardauerit/uel ratio alia traduxerit/nihilo tamē minus uoluntate & mente quæ bono cuiq; præſto eſt: referre tibi pro benemeritis gratias debet/Ego uero ne in quo cæteros commoneo accuſer ipſe: & ne longi9 mea uagetur oratio/ad officium tandem reuertar meum: ¶ Alexandriam pater beatiſſiſime Ptolemæi noſtri urbem: totius prouinciæ ægypti opulentiſſimam ſedem maxime claruiſſe ferunt: Quæ tametſi rerum omniū iocunditate & Vbertate abundaret: conditoriſq; ſui nobilitate urbes omnes anteiret/liberalium tamen artium ſtudio & doctrina defloreſcente: in grætia adeo floruit/ut uel ī medicina is doctior haberetur qui Alexandriæ operam ſe dediſſe fateretur/Multos tulit ea Ciuitas doctiſſimos homines gloriæ celebritate a ſcriptoribus exornatos: Ariſtarchū/ grammaticū: Herodianum: Dydimum: Amenium: Stoicum: Antipatrum: Diogenem: Archelaū: Diodorum: morum etiam grauitate ac uita Antenodorum Cæſaris præceptorem: & alterum quem Cordylon appellant: qui cum Catone & uixit diutiſſime & apud eū placidiſſime functus eſt uita/Neſtorem item achademicum Marcelli Octauiq; Pedagogum/Cum plures præterea alios in omni doctrinarum genere perfacūdos: & eruditos/ſed bona omnium uenia dixerim/eduxit (Antonino imperante) hunc Ptolæmæū Regia ſtirpe Oriundum/ omnium ſane philoſophorum quos illa aluit & litteris & ingenio & uirtute facile principem. Qui cum in Cleopatram Ptolæmeorum regnum ſub octauiano redacta in prouinciam ægypto deſiiſſet: priuatus ipſe/regio tamen animo & ingenio non ad ſordida artificia/non ad uitam deſidioſam/nō ad ſeceſſum in ſolitudinem ſe addixit/uerum in illo tunc celeberrimo Alexandrinæ urbis gymnaſio haud obſcuris facultatib9: totum ſe ad litteras contulit/atq; in primis in philoſophia præclara humanæ ſocietatis parente/Auctore illo ſuo naturæ interp̄te Ariſtotele contenta/deinde in mathematicis diſciplinis (quibus uagantia Cœlo ſidera cognoſcuntur) & quibus ſuccurrēdum uidebat: plurimum inſudauit etatēq; omnem contriuit/nam quom ipſo ueri inueſtigandi amore raperetur/uideretq; cæleſtia corpora in hoc corporato & aſpectabili mundo/agitatione continua: & diſpari fluitante nunquā uariari ſupera illa complexus eſt: quæ ratis ordinibus/ immutabiliſq; conſtantia/& certitudine demonſtrationis rectiſſime cognoſcuntur/atq; perfectiſſime ſciuntur: ubi perpetuorum corporum interualla/ magnitudines: conuerſiones/anfractus uarii multiplicesq; naturæ: perinde animo & ratione cernuntur: atq; illa quæ oculis ſubiecta perſpiciuntur/ut uiuere in terris homines: & cum diis ipſis in tanto diuino Cœli ornatu uerſari uideantur/quarum cæleſtium rerum Motuumq; ſcientiam priſci illi exquiſito ingenio uiri agitatione certa Et ueritate commoti: & primā omnium queſiuerūt & omnium ultimā inuenerūt/Expleuit uero & penitus abſoluit Ptolemæus unus omniū doctiſſim9 & ingenii ſubtilitate uſq; eo acerrimus/ut in aſtrorum ſpeculationem e naturæ ſinu/naturam ipſam

exorſerit/ prouocauerit/incertamenq; deduxerit:is enim ſolis lunæq; Magnitudinē uolutiones/Proportiones/ incrementa detrimentaq; ſatis a maioribus cōmode tra/ dita extitiſſent.Errantium uero fixarūq; ſtellarum ratio:& motus nō inſtitutis certis & doctrina/Sed inſtrumentis etiam ab Hiparco perquiſitis non ratam & perpetuā demonſtrationis uiam afferre uoluit/huic quoq; parti homo non ſibi ſed aliis natus ita conſulere/quo deinceps nihil ad aſtrorum conſumationem/diſciplinæ eſſet am plius a quo/q̄ poſtulandū/itaq; his ſuis libris ambitus/ſtationes/ Curſuſq; ſiderū/ ac eorum motum omnem & ſtatum(res profecto cognitu dignas omniumq; difficilli mas)ſubtiliſſime agreſſus inueſtigauit/recte ab aliis inuenta comprobauit/depraua/ ta correxit:ut ſolus de admirabilitate Cæleſtium rerum nullis anguſtiis aut conciſſis diſputationibus illigatus commodiſſime ſcripſerit/acute enodauerit/ cumulatiſſi/ me ſatiſſecerit/Atq; eam diſciplinam Græcis hominibus quos nondum ea Cæleſtis ſcientiæ gloria attigerat:non ipſius ſcientiæ terminis:ſed ſui ingenii finibus abſolu tiſſime importauerit.& cum nihil diminuti: Nihil ſuperuacui/nihil præter rem/ ab eo ſcriptum ſit.Nullus ad eius inuenta & ſcripta potuerit aſpirare/Harum igitut tā/ tarum maximarumq; rerum momenta & rationes græcis litteris ab eo explicatas/ A Patre autem meo(ut diximus)in eius tantis calamitatibus latinas editas/tuæ ſancti/ tudini deſpondeo/ut ſub tui numinis tutela conſecratæ ardorem ſuidiæ reſtinguāt & in cōmunē utilitatem propter quam tanti labores ſuſcepti ſunt:felicibus tuis au/ ſpiciis diuagentur:Ac ſi quando tibi ab hac rerum omnium procuratione & mole/ animū uendicare recreareq; licuerit: Poſſis nouo hoc opere/numeris lineiſq; inter/ ſtincto diuinum Ptolæmei ingenium diuinis in rebus cognoſcere/ Quamobrē ſi labores noſtri a tua ſanctitate probabunt.Enitar profecto reliquis Trapezontianis li bris nondum cuiq; inſcriptis/Mea in te pietate/rurſus tuorū in nos meritorū ratione preſentibus poſteriſq; conſtare: Qui ſi præacceptis beneficiis partem gratiam referre non potero:id ſaltem quod implere poſſum profiteor & repromitto: Nullū ſilicet ſuſceptorum beneficiorum officium apud me inter moriturum/quorum magnitu/ dinem memoria colā ſempiterna.Accipiat ergo tua ſanctitudo benigne (ut ſolet) opus multis lucubrationibus a patre meo elaboratum/ qd̄ & ſi aliquibus p̄ tua pōti/ ficia dignitate non dignum ſore uidebitur Tui animum Tamen offerentis & abdita rum ſcientiam rerum his euolutam libris minime abs te aſpernari ſcio non enim ho minib9 crimini aut fraudi fuit Deum immortalem ſamiis uaſis/cultuq; tenuiſſimo coluiſſe:& ſimul me non præterit Magnum illum Alexandrum/Antigoni Arthaxa/ xem offerentis ſtudium magnopere comprobaſſe.

TABVLA

HAEC SVNT QVAE IN ALMAGESTO SEV.XIII.LIBRIS CLAVDII PTOLAEMEI MATHEMATICAE CONSTVCTIONIS HABENTVR.

LIBER PRIMVS

LIBER SECVNDVS

LIBER TERTIVS

LIBER QVARTVS

LIBER QVINTVS

Empedocles duplã esse a terra ad ☽ distantiam asseruit
Quidã uero mathematici diligentius pscrutantes decies octies

Eratosthenes solem distare a Terra. 308. stadiorꝫ Myriadas	3080000.	Stadiorum
	385000.	Miliariorũ
Lunam uero a Terra. 78. Myriadas stadiorum	780000.	Stadiorum
	97500.	Miliariorũ

LIBER SEXTVS

LIBER SEPTIMVS

LIBER OCTAVVS

LIBER NONVS

LIBER DECIMVS

LIBER VNDECIMVS

LIBER DVODECIMVS

LIBER DECIMVSTERTIVS

MAGNAE COMPOSITIONIS CL. PTOLEMAEI ALEXANDRINI LIBRI A GEORGIO TRAPEZVNTIO E GRAECO CONVERSI PER L. GAVRICVM CASTIGATI

Eroptime mihi videtur o Syre. Qui bene philosophati sunt, Speculatiuam philosophyæ partem ab Actiua seperasse, Nam & si actiuæ accidat parti: Vt prius speculatiua sit, Magnã tamen differentiam in ipsis inuenies, non solũ quia nõ nullæ uirtutes morales absq; disciplina etiã multis in esse possunt: Cum speculatiuã scientiam sine doctrina consequi impossibile sit, Verũetiam quia maxima utilitas in altera ex sequẽti actione quæ in ipsis rebus habetur, in altera ex progressu speculationum fieri solet. Hinc opus esse nobis putauimus: ut actiones quidem cogitandi motibus sic tẽperemus, q; ne in minimis quidem, cõsiderationis eius obliuiscamur: quæ ad pulchrã ordinatamq; mentis constitutionẽ perducat, Otium autẽ maxime ad doctrinam Theorematũ (quæ plurima pulcherrimaq; sũt) & precipuæ illorũquæ propriæ mathematica dicuntur cõuertamus/ Cõmode nãq; admodũ Aristoteles speculatiuã partẽ i tria rursus genera partit/ phycũ/ mathematicũ/ theologicũ. Nã cũ res oẽs: ex materia & forma & motu constent/ quorũ singula quãuis minime seorsum a subiecto inspici possint: intelligi tamẽ sine reliqs possunt. ¶ Primã quidẽ primi oium motus causam siquis in sũma simplicitate accipiat: Deũ inuisibilẽ atq; ĩmobilẽ arbitrabit: & doctrinæ genus/ quod i hoc uersat/ theologicũ appellabit. Altissima enĩ mũdi/ actus hic superat/ & a sensibilibus oio substãtiis separatus super illa penitus intelligitur. ¶ Genus aũt: quo materiales qualitates quæ semp mouent inqrimus: quodq; circa molle ac dulce: albũ & calidum & similia uersatur, iure physicum nuncupabit: Cum eius substantia incorruptilibus plerumq;, & sub lunari orbe inueniatur. ¶ Quod autẽ formarum progressiuorumq; motuũ naturam ostendit. Figuræ insuper ac magnitudinis & ad hæc multitudinis, loci, tẽporis atquæ similium scientiã scrutatur: id doctrinæ genus Mathematicum esse diffiniet. Quippe res istæ inter duas superiores consistunt. Non solũ quia & sensu & absq; sensu percipi possunt. Verum etiã quia omnibus simpliciter rebus tam mortalibus q̃ immortalibus accidunt. Cum in iis quidẽ quæ semper mutantur, ꝓm separabilem formam cõmutentur. In iis uero quæ perpetuæ nature ac æthereæ sunt/ i cõmutabilitatem formæ immobilem seruẽt. ¶ Quia igitur hinc intelleximus duo speculationis genera coniecturæ. Magis q̃ certioris sciẽtiæ nomine appellari posse. Cum theologicum in comprehensibile sit. Naturale autem propter instabilitatem materiæ uix percipi possit, atq; propterea nunq̃ de ipso conuenire posse, philosophantes arbitremur. ¶ Solũ uero mathematicũ (siquis rectæ ipso utatur) firmã & immutabilem scientiã afferet, quoniam demonstratio, Arithmetica, Geometricaq; uia & rationæ, ꝓcedit: quibus dubitatio longe abest. Placuit huic generi pro uiribus maxime subuenire, ac præcipue illi eius parti quæ de diuinis atq; cœlestibus corporibus est. Sola enĩ hæc de perpetuis (quæ semper eodẽ modo se habẽt) considerat. Et propterea ipsa quoq; potest sine cõfusione semper eodẽ se modo habere ac percipi, quod propriũ scientiæ est. Ad cetera quoq; genera (nõ minus q̃ illa) ipsa cõferre uidetur. ¶ Hæc enim, ad Theologicũ genus, uiam maxime præparat. Nã sola recte propinquitatẽ accidẽtiũ sensibilibus substantiis, & mouẽtibus quidẽ motisq;. Perpetuis uero atq; impassibilibus, motibus quoquæ ipsis motuũq; ordinibus, immobilem & separatũ actũ intelligere quodãmodo põt. ¶ Ad naturale quoq; genus nõ parum cõducit, quũ

¶ Nam & ad theologicã scientiam hec maxime nos ducit/ quũ sola possit recte considerare imobilem & inseparabilem substãtiam/ ab earum uicinitate quæ sensibilibus quidẽ mouẽtibusq; ac motis, æternis uero & impassibilibus substantiis accidãt. tũ circa rõnes. tũ circa ordines motuum.

conformis totius naturalis substantiæ proprietas a progressiui motus conditionibus appræhendatur/ueluti corruptibile quidem atq; incorruptibile a recta atq; circulari/graue autē atq; leue aut passiuū aut actiuum ab eo quod est ad mediū atq; a medio. ¶ Atqui ad motum actionumq; decorem hæc pre cæteris aliis/nos propter diuinarum rerum similitudinem & mēsuram/faciet maxime perspicaces, amoresq; diuine huius pulchritudinis studiosis iniiciet/& ad similem animæ statū/quasi natura, propter speculandi cōsuetudinem deducet. Nos igitur hosce amores speculationis rerum sempiternarum continue augere uolentes. Quæ quidem inuenta hactenus sunt: ab iis didicimus qui uere ac exquisite his disciplinis inheserunt/ & ipsi tantum afferre atq; addere conabimur. Quātum fere tempus/quod iter nos & illos iterfuit, addere potest. Quæ igitur ad presens/luce clarius perspeximus, Ea omnia q̄ breuiter aperteq; (ut uel qui aliquātulum in doctrinis prægressi sunt/siue hanc scientiam degustarunt facilius percipere possint) cōmentari & literis mandare conabimur. Verum ut absolute negotium hoc habeatur, cuncta quæ ad inspicienda cælestia conferunt serie sua exponemus. Sed ne longa nobis oratio contexatur: quæ quidē a priscis exacte inuenta sunt: ea breuius enarrabimus. Quæ uero uel nōdum/uel nō cōmode tradita sunt: ea pro facultate nostra/latius exponemus.

¶ De ordine huius doctrinæ. Cap. II.

PROPOSITI AVTEM negotii huius illud precedit: ut uniuersalem terre totius habitudinē ad totum cœlum perspiciamus. Particularium uero quæ deinde sequuntur: Primum est: ut de obliqui circuli situ & locorū habitabiliū cōsideremus: & ad hæc differētia q̄ i ordine penes inclinationes p̄ unūquēq; horizōta alterius loci ad alterū fit: Hæc enī cōsideratio si præcesserit/facilioré ad cōsiderāda reliqua uiā præbebit. Alterū ut de solari motu atq; lunari: & de accidentibus suis doctrinam afferamus. Nam nisi qs hæc prius tenuerit/non erit possibile stellarum percipere accidentia. Ita cum ad extremum fiat sermo de stellis. Quæ quidem ad orbem stellarum pertinent: quas fixas appellare solent/iure præcedent. Sequentur autem quæ ad erraticas quandoq; accomodantur. Horum singula tanq̄ principiis ad inueniendum & quasi fundamētis usi, partim iisquæ perspicua apparent. Partim certis priscorum nostrisq; obseruationibus/demōstrare conabimur: & consequenter eis lineari demonstrationum uia ratiōe accōmodabimus. Vniuersale igitur quod præcedit huiusmodi est. Quod cælum sphæricū est/& globi modo peruoluitur. Quod terra quoq; ſm uniuersales suas partes accepta/quo ad sensum spherica est atq; globosa. Situ uero in medio totius cœli/centro simillima collocatur. Magnitudine autem atq; distantia ad fixarum stellarum sphærā tanq̄ punctum se habet/nulloq; progressiuo motu mouetur. De quorum singulis pauca breuiter (ut in memoria reducātur) nobis perstringēda sūt.

¶ Quod sphæricum est/globiq; modo cœlum conuoluitur. Cap. III.

Cæli figuram esse sphæricam & motum eius circularem.

PRIMA igitur principia ab huiusmodi obseruatiōe ueri similiter a priscis hominibus inuenta mihi uidentur. Solem enim & lunam aliasq; stellas ab ortu semper ad occasum in æqui distantibus inter se circulis ferri uidebant/ita ut incipientes ab inferioribus quasi ab ipsa terra sursum ferātur. Paulatimq; in altiora cōscēdere uideātur/rursusq; proportionaliter circūuolui atq; descendere/quousq; omnino (quasi in terram inciderint) pereant. ¶ Tēporeq; aliquo iteriecto/rursūq; perspiciebāt quasi ab alio principio oriri atq; occidere: & ad hæc tempora & ad hæc ortuum occasuumq; loca similiter atq; ordine certo in uniuersum redire: sed stellarum/quæ semper cernuntur/ circūuolutio quæ circa idem semper uertitur cētrum/ut cœlum sphæricum esse crederēt/maximeillos compellebat. Necessario enim punctū illud cœlestis sphære polus efficitur/cum stellarum quæ ipsi centro propinquiores sunt in minoribus circulis puol-

uantur. Quæ uero remotiores ſm proportionem diſtantiæ/maiores circulos faciũt/ donec ad eas/quæ occidunt diſtantias ueniant/quarum etiam propinquiores illis q̃ ſemper cernuntur breuiori tempore occultari uidebant. Remotiores autem ꝓportionaliter maiore. Propter hæc igitur ſolã predictam opinionem primo habuerũt/ deinde reliqua quoq; conſequenter intellexerunt/quum omnia ſimpliciter quæ apparent contrariis opinionibus ſuo teſtimonio repugnẽt. Nam ſi quis ſtellarum motum rectæ ad infinitum ferri ſuppoſuerit/ueluti nõ nulli putarunt: quæ nam uia & quæ ratio excogitari poterit? Quare ab eodem quotidiæ initio ferri cernantur/quo enim pacto ſtellæ in iſinitum profectæ regredi poſſent? Aut quomodo regreſſus earum ne cerneretur. Aut quomodo magnitudines earum ita ſenſim non minuerentur. Vt tandem nullæ uiderentur. Nunc uero contra maiores quidem in ipſo uidentur occaſu & ſenſim ita occultãtur. Vt ab terræ ſuperficie ipſius quaſi obiice obtegi uideantur/incendi autem ipſas a terra rurſuſq; in terram extingui abſurdum omnino atque irrationabile uidetur. Nam quis eam in magnitudinibus & quantitatibus earum in diſtantiis/locis/atq; temporibus/ſeriem/caſu & abſq; ratione fieri concederet? Præterea partem quidem aliam terræ incendendi naturam habere. Aliã uero extinguendi/Immo autem eandem aliis incendendi/aliis extinguendi/etiã ſtellarum eaſdem aliis incenſas/iam autem extinctas eſſe: alias nondum. Siquis inquã hæc omnia ridicula concederet/quid de apparẽtibus ſemper dicemus? quæ nec oriuntur nec occidunt: Aut qua de cauſa quæ incenduntur & extinguuntur non ubiq; illico oriuntur uel occidunt. Quæ uero id minime patiuntur/ſemper ſuper terram ubique ſunt. Nam eædem non poſſunt aliis incendi extinguiq; ſemper: aliis nunq̃ iſtorum aliquid pati/Aperte náq; patet eaſdem ſtellas apud alios quidem oriri atq; occidere. Apud alios autem neutrum iſtorum facere/ Et ut breuiter perſtringam quamcũq; aliam motus cœleſtium figuram preter globoſam quiſq̃ ſuppoſuerit. Neceſſe erit in equales diſtantias a terra ad ſuperiorum partes corporum fieri/ubicunq; & quomodocunq; ſitum ipſius poſueris/ut & magnitudines & diſtãtiæ ſtellarũ ad inuicẽ in equales eiſdẽ in ſingulis circũductiõibus uideãtur/quaſi modo magis: modo minus diſtarent quod accidere nequaq̃ uidemus. Nam ꝙ iuxta horizõtes maior magnitudo ſtellarũ uideat̃: nõ diſtãtiæ paruitas id facit/ſed huiuſmodi terrã obeũtis euaporatio quũ inter uiſum noſtrũ & ſtellas ipſas exhalet/ueluti maiora ĩ aquis ſubmerſa uidẽnt̃: & qdẽ tãto maiora quãto ꝓfũdiora petierint. Sed illa quoq; ut ſphærica eſſe cœleſtia ſentiamus. Cõpellũt ꝙ nulla alia figura ſuppoſita preter iſtã ſtructuræ inſtrumẽtorũ cõuenire poſſunt/ꝙ cũ cœleſtium motus nulla re ꝓhibeatur & facillime omniũ uoluatur. Figurarũ quoq; omnium/in ſuperficiebus qdẽ circularis, in ſolidis uero ſphærica facillime mouetur. Quũq; capatiores ex diuerſis figuris equalẽ habẽtibus ambitũ ille ſint: quæ plures angulos hñt/Circulus qdẽ planis/Sphæra uero ſolidis capatior oĩbus inuenit̃. Cœlũ aũt cæteris oĩbus corporibus capatius eſt. ¶ Sed ad hãc ſentẽtiã naturalia etiã quædã impellunt/ueluti ꝙ corporibus uniuerſis ſubtilior partiũ magis q̃ ſimiliũ æther eſt. Superficies aũt corporũ quæ ſimiliũ partiũ ſunt ſimiles partes habẽt. Solæ uero ſuperficies in planis qdẽ circularis: in ſolidis aũt ſphærica ſimiliũ partiũ ſunt. Quũ igitur æther ſolidus ſit globoſum eſſe neceſſe eſt. ¶ Præterea terreſtria quidem corruptibiliaq; corpora ex rotundis uniuerſaliter natura quãuis ex diſſimiliũ partium figuris cõſtituit. Aetherea uero diuinaq; omnia ex ſimiliũ partiũ atq; ſphæricarũ. Nam ſi plana uel concaua eſſent: nõ omnibus (q ex diuerſis terræ locis/in eodẽ tẽpore cõſpiciũt) circularis eſſe figuræ uiderẽtur/quas ob res quũ æther (rationabile eſt etiã) q hæc cõtinet/naturæ ſimilis ſimiliũq; partium ſit ſphæricus & circulariter equaliterq; feratur.

¶ Quod terra quoq; ſphærica ſit ad ſenſum quãtũ ad uniuerſas partes. Cap. IIII.

QVOD ETIAM TERRA ſm omnes partes accepta ſphærica ſit ad ſenſum: ſic maxime intelligemus: Solem enim & lunam aliaſq; ſtellas uidere licet non ſecundũ idem/in omnibus terris oriri atq; occidere: ſed prius ſemper orientalibus/poſterius autem occidentalibus. Nam quæ

Terram eſſe rotundam.



in eodem tempore fiunt eclipses & maxime lunares/nõ in eisdem horis idest equa liter a meridie distantibus apud omnes conscribi inueniemus: sed semper apud ori/ entaliores obseruatas cõscriptasq; horas posteriores illas fuisse quæ ab occidẽtalibus obseruatæ sunt. Cũq; horarum etiam differentia terrarum distantiæ proportionalis inueniatur: non absurde terræ superficiem globosam esse quispiam affirmabit: qm̃ similitudo partium quæ per omnes partes propter rotunditatem accipitur propor/ tionaliter semper iis qui deinceps sunt se ipsam obiicit quod accidere nõ posset/ si alia q̃ sphærica terræ figura esset. ¶ Quod ẽt inde patet/nam si caua esset occiden/ talioribus orientes stellæ prius uiderentur. ¶ Si plana in eodem tempore omnibus simul qui in terra sunt orirentur atq; occiderẽt. ¶ Triãgularis uero si esset/aut qua/ tuor angulorum uel cuiusuis plurium angulorum) figuræ omnibus similiter/q ea/ dem rectam lineam habitãt/quod nullibi fieri uidetur. ¶ Quod autem nec chylin/ dri quidem formam habet ita q̃ rotunda quidem superficies ad ortum atq; ad oc/ casum uersa sit planarum uero basium latera ad mundi polos/quod quasi uerisimi le aliqui putarent, inde perspicuum est/quod nulla unq̃ stella semper cõuexam ha bentibus superficiem, cemeretur/sed autem omnes omnibus orirentur atq; occide/ rent/aut eedem & equaliter ab utroq; polo distantes omnibus semp appareret. Nũc uero quanto magis ad septẽtrionem progredimur tanto plures australiorum quidẽ stellarum occultantur. Borealiorum autem cernuntur. ¶ Vt hinc pateat q̃ etiã hæc terræ globositas obiices proportionaliter ad laterales faciens partes sphæricam figu rã undiq; ostẽdit. ¶ Ad hæc si oĩbus aut qbusdã altioribus locis a quouis & ad quẽ uis angulũ nauigãtes accedimus/paulatim magnitudines eoꝝ accrescere uidentur/ quasi ab ipso mari emergãt quæ antea submersa pp cõuexã aque supficiẽ uidebantur.

Quod terra nõ sit cõcaua/neq; plana nec trian gularis.

Quod non sit columnares.

Aquam esse gibbosam.

¶ Quod terra in medio cœli sita est. Cap. V.

Terram in me/ dio mũdi sitã esse

AC RE PERSPECTA/ siquis deinceps de situ terræ certius dice re uelit sic profecto quæ iuxta ipsam apparent, accidere solummodo in/ telliget/si tam in medio cœli quasi sphæræ centrum posuerit. Nam si sic se res non habeat/aut oportebit quod ipsa sit extra axem & equali/ ter ab utroq; polorum distet: aut in axe/ita ut ad unum polorum magis accedat/aut nec in axe neq; ab utroq; polorum æqualiter distet. Ad primum igitur ex his tribus situm, illa maxime pugnant. Nam si sursum aut deorsum extra axem intelligatur, accidet ut quum i duo semper inequalia quod supra terrã & quod sub terra ẽ ab ho rizonte differerentur, nũquã in recta sphæra equinoctiũ fiat. In obliqua uero sphæ ra uel nũquã, uel non in medio transitu ab altero solstitiorum æstiuo dico atq; hye mali ad alterum. Nam hæc spatia inæqualia necessario fierent. Non enim æquino ctialis/maximusq; paralellorum circulorum/qui in polis circulationis describuntur diuideretur ab horizonte in duo æqualiter. Sed unus æquidistantium ei uel borea/ lium magis uel australium. Sed apud omnes simpliciter constat hæc spatia æqualia esse ubiq;: qm̃ & diei ab æquinoctio incrementa donec ad maximum diem in æsti/ ualibus solstitiis perueniatur æqualia sunt dierum decrementis/ad minimum usq; solstitiorum hyemalium diem. ¶ Si uero ad ortum uel occasum idest ad aliquorũ partes rursus accedere supponatur: Nec magnitudines & spatia stellarum fm orien talẽ & occidentalem, horizonta æqualia eademq; eisdem erunt/nec ab ortu ad me/ ridiem tempus æquale illi erit tempori quod a meridie ad occasum est: quæ omnia iis quæ apparent omnino repugnant. ¶ Ad secundam autem opinionem qua sic in axe ponitur ut ad alterum polorum magis accedere intelligatur. Ita rursus quis/ piam responderet: quia si sic res se haberet, & in singulis climatibus, horizontis su/ perficies cœli partes duas quæ super terram & quæ sub terra est fm alium atq; aliũ accessum & ad seipsas & ad inuicem semper inæquales differenter efficeret: nec nisi in recta solũmodo sphæra in duas æquales posset separare. In obliquatione autem quæ propinquiorem polum semper facit manifestum partem (quæ super terrã est) semper minueret: & sub terram omnia augeret. Vnde accideret ut maximus quoq;





circulus qui per medium signorum est inæqualiter ab horizontis planitie diuidere tur/quod minime ita se habere uideretur. Sex enim semper omnibus super terram apparent signa/& sex reliqua tunc non apparerẽt. Deinde rursus cum illa super ter/ram integre apparuerint/tunc reliqua non uiderentur, ut hinc perspicuum fiat por/tiones quoq; zodiaci in duo æqualia diuidi ab horizonte/quoniam iidem semicir/culi modo super terram/modo sub terra integri sunt, & omnino nisi terra sub ipso æquinoctiali sita esset. Sed ad septẽtrionẽ uel meridiem ad alterum polum appro/pinquaret eueniret ut ne ad sensum quidem in æquinoctialibus diebus orientales Gnomonũ umbræ in æquidistantibus ab horizonte superficiebus ad rectam cum occidentalibus lineam fierent/quod ubiq; consequi aperte perspicitur. Hinc autem patet, nullum etiã tertiam opinionem locum habere namq; primis repugnant/ipsi quoq; repugnant: & ut breuiter perstringam uniuersa series quæ in decrementis in crementisq; dierũ & noctium perspicitur/nisi medium terra situm obtinere pona/tur/penitus confunderetur/& ad hæc lunæ quoq; defectus est/eclipsisq; in qbuscũq; partibus cæli acciderẽt non possent in opposito solis loco fieri. Cum sepius terra nõ in oppositione sed in minoribus semicirculo spatiis seipsam illis opponeret.

Quod terra quasi punctum est ad cælestia comparata. Cap. VI.

QVOD VERO puncti (quantum ad sensum pertinet) proportionẽ habet terra ad spatium quod est usq; ad stellarum (quæ fixæ uocãtur) sphæram. Magno illud argumẽto est: q̃ ab omnibus terræ partibus ma gnitudines stellarum atq; distantiæ in eisdem temporibus æquales si/milesq; uidẽtur, quemadmodum obseruationes in diuersis climatibus factæ osten dunt. Quibus nec minima quidem discrepantia inuenitur/accidit q̃ gnomones in quacũq; terræ parte ponantur/& armillarum centra & sphærarum/idem possunt ac si in centro terræ ueraci/perspectiones.n.& circũductiones umbrarum ita conueni/entes suppositionibus apparentium conseruant/quẽadmodum si a puncto quod ĩ media terra est fierent. Hæc ita se habere illud etiam signo est/q̃ superficies quæ un diq; a uisibus nostris educantur/quas horizontes appellamus totam cæli sphæram in partes æquales diuidunt semper/quod non fierer/Si ad distantiã cælestium sensi bilis esset terræ magnitudo. Sola enim superficies quæ per terræ centrum educere/tur/sphærã diuidere posset æqualiter. A quacũq; autẽ duceret planitie terræ/pp sub terraneas partiones maiores his faceret/quæ sub terra inueniuntur.

Terram respectu firmamenti uicem puncti habere.

¶ Quod terra nullo motu progressiuo mouetur. Cap. VII.

PER EADEM VERO demõstrabitur. Nullo modo terram ad pre dictas laterales partes moueri, aut unq̃ cẽtri locum mutare. Eadẽ enim euenirent/quæ (si alium situm preter medium haberet) acciderent/qua re si quis causas motus grauium ad medium quærat/frustra mihi facere uidetur, Cum re ipsa manifestissimum sit & terram medium mundi locum posside re/ponderosaq; omnia fieri ad ipsam. ¶ Illud autem ad istius rei intelligentiã fa/cillimũ est atq; paratissimum/q̃ cum sphærica terra & ĩ medio totius (ut diximus) demonstrata sit/in omnibus simpliciter partibus eius/grauium corporum inclina/tiones & motus proprios/ad rectos (ad illam semper & ubiq; superficiem angulos fieri) quæ per descendentium contactum æqualiter educit. ¶ Patet enim (quoniã sic se res habet) q̃ si grauia non impedirentur itaq̃ a superficie terre non repercute/rentur omnino ad ipsum centrum peruenirent/presertim quia linea etiam quæ re/cte ad centrum ducit/ad rectos se illius planitiei semper angulos accomodat/quæ in ipso incisionis contactu sphæram attingit. ¶ Qui autem incredibile putauerũt nec hærere alicubi/nec ferri tantum terræ pondus/ii mihi uidentur non ad proprie/tatem totius/sed ad passiones suas ipsorum respiciẽtes hæc comparare/atq; ita plu rimum aberrare. Non enim mirum eis uisum in hoc putarem/si animaduerterent

Quod terra motum localẽ non habeat.

hanc terræ magnitudinem uniuerso continenti comparatam corpori puncti proportionem habere. Ita enim possibile uidebitur, quod proportiõe minimum esse uere maximo (quod similium partium est) substineri æqualiter undiq;, inclinatione ac simili compulsu, quum nihil deorsum aut sursum in mundo ad ipsum sit. Veluti nec in sphæra unq̃ tale quid intelligere quispiã poterit, quãuis quæ in ipsa creãtur, quantum ad proprium naturalemq; motum suum, leuia quidem & quæ subtilium partium sunt ad exteriora, & quasi ad circũferentiam eleuentur. Videanturq; motum ad singulorum superiora facere, quod ideo ita fit quoniam quod super caput nostrum est: quodq; sursum uocatur, ipsum quoq; quasi ad continentem superficiem tendit. Grauia uero grossarumq; partium omnia autem ad medium & quasi ad centrum ferãtur ad inferiora cadere cernuntur. Idq; ideo quoniam est contra quod sub pedibus nostris est deorsumq; uocatur, ipsum quoq; tendit ad centrũ terræ ideo non absq; causa circa medium hæc ab incursu alterius ad alterum & simili undiq; atq; æquali collisione compensantur, quas ob res non irrationabiliter totũ terræ firmamentum ita maximum respectu eorum esse percipitur, quæ ad eam etiã minimi ponderis impetu feruntur, ut quiescens undiq; cadentia in ipsam recipiat. ¶ Quod si cõmunis cæteris põderibus singularisq; motus ipsi quoq; inesset. Patet quia propter tantum (sui magnitudine) excessum uniuersandum deferetur, præueniret, Cæterisq; relictis in aere animalibus, dico aliisq; ponderibus: ipsa uelocissime extra cœlum quoq; ipsum excideret. Verum hæc ridiculosissima omnium intellectu uidentur. ¶ Nonnulli autem (quum nihil uerisimilius obiici istis arbitremur) hæc quidem concedunt. Nihil uero putant sibi resistere posse. Si cœlum (uerbi gratia) immobile supponant, & terra ab occasu ad ortum in eodem axe reuolui singulis diebus una pœne reuolutione, aut etiam utrũq; quandocũq; moueantur dũmodo circa eundem axem (ut diximus) & utriusq; motui conuenienter. ¶ Hos quippe fugit quantum ad apparentia quidem in stellis pertinet, nihil forsan prohibere, si quis simplicius consideret sic ista se habere. Ab accidentibus uero quæ circa nos & i aere accidunt ridiculosum ualde id uidebitur. Nam ut eis concedamus q; quæ subtilissimarum partium ac leuissima sunt, aut nullo modo moueri quod preter naturam est: aut non aliter q̃ ea quæ cõtrarie sunt naturæ. Quũ quæ in aere fiãt minusq; subtilium partium sint aperte atq; præ oculis uelocius q̃ terrestria omnia ferantur, Cũq; grauissima grossissimarumq; partium proprium motum sic uelocẽ æqualẽq; faciant (cũq; ipsa terrestria rursus) nec ab aliis quidem ni apte non nũq̃ moueri posse omnes concedant, illud negare non possunt reuolutionem terræ, si sic uoluerentur omnium simpliciter motuũ quæ circa ipsa fiunt uelocissimam fore, quippe quæ tantam in breui tempore reuolutionem absolueret. Vt cũcta quæ in ipsa non sunt uno semper motu terræ contrario moueri uiderentur. Ita nec nubes: unq̃ nec aliud quicq̃ uolitantium aut proiectorum ad ortum ferri cerneretur. Sed omnia ipsa terra preueniret motuiq; ad ortum ita resisteret. Vt cætera uniuersa progredi ad occasum derelicta uiderentur. Nam & si aera dicant similiter æqualiq; uelocitate cũ ipsa circũduci, nõ minus tamen quæ in ipso aere concrescunt semper posterius ab utriusq; motu relinquerentur. ¶ Vel si etiam ipsa quasi aeri coniuncta, una cum ipso circũduceretur, nullum tamen præuenire aliunde aut pœne sequi cerneretur. Sed manere semper, ita ut nec in uolatu nec in actu aliud ab alio præueniretur, quæ omnia sic aperte fieri oculis cernimus, ut nulla tarditas omnino: nullaq; uelocitas (quoniam terra fixa non stet accidere ipsis uideatur.

¶ Quod duplex in cœlo primorum motuum differentia est. Cap. VIII.

Motus celestes in duplici differentia reperiri.

HAS SVPPOSITIONES necessario ad particulares doctrinas, ipsarumq; consequentia prælibasse ac ad hæc usq; summatim dixisse sufficiat. Ab ipsa enim eorumq; consequenter & deinceps demonstrabuntur ad ea quæ apparent conuenientia sic confirmabuntur comprobabunturq; ut refutari nequeant. Sed ad hæc illud quoq; ut uniuersalium quiddã

putare quispiam non iniuria prelibandum/q̃ duæ primorum motuum in cœlo differentiæ sunt. Altera qua oia in occasum ab ortu feruntur, similiter semper & æque uelociter in æquidistantibus inter se circulis qui apolis scilicet sphæræ describuntur illius quæ omnia æqualiter circũducit. Horũ maximus circulus æquinoctialis uocatur/quoniã solus ipse ab horizõte qui & maximus est in duo æqualia semper diuiditur. & solis inuolutio quæ in ipso fit/æquinoctium ubiq; ad sensum facit/altera qua stellarũ sphære contra predictum motum in aliis q̃ in polis primæ circunductionis ꝓgressus faciunt quosdã. Hæc ita se habere supponimus/quia ex quotidiano quidẽ aspectu uniuersa simpliciter cælestia in uniformibus & æquidistantibus æquinoctiali circulo/locis ipsis oculis ortus mediiq; cœli ascensus & tãdẽ occasus facere cernũtur, quæ res ipsius primi motus propriũ est/ex frequẽtiori aũt obseruatione atq; continua cæteræ omnes stellæ eas distãtias quas ĩter se habẽt cõseruare uidẽtur/& ꝓprietates suas quas habẽt ad loca primi motus ꝓpria eodẽ modo maxime, solẽ autem atq; lunam erraticasq; stellas ꝓgressiones facere quasdam cernimus/& si uarias atq; interse inæquales omnes tamen uniuersaliter ad ortus relictasq; partes a seruãtibus easdem distantias stellis/& ab una quasi sphæra circũductis. si erga huiusmodi erraticarũ ꝓgressus stellarũ in æquidistantibus ab æquinoctiali circulis fieret: idest circa eos polos a quibus prima efficit circũductio: satis recte quispiã posset unã eandẽq; omnium eẽ circũuolutionẽ: quæ primã sequeretur: credibile nãq; uideretur ꝓgressum earũ nõ ꝓpter oppositũ motum (sed quoniã relinquerẽtur fieri) Nũc uero simul cũ ꝓgressionibus ad ortum/ad septẽtrionẽ etiã uel meridiem accedũt/ita ut ne quantitas qdem huius accessus æqualis cõspiciatur/ut hoc accidẽs per pulsiones quasdam in ipsis fieri uideatur/quoniã quãtum ad hanc existimationem inæqualiter fit/q̃uis ordinate/quod ab obliquo ad æquinoctialẽ circulo efficitur. Vnde is circulus unus atq; idem & erraticarum proprius esse comprehenditur/ quãuis quasi exquisitus a motu solis describitur/in quo semper & luna & erraticæ quinq; uersantur. Nec minimum ab interciso per ipsum ad utrãq; partem accessu excidant, Verum quoniam maximus hic circulus esse cognoscitur. Nam & in æquinoctiali/ & borealior & australior ipso sol fit/& in uno eodẽq; ille (ut diximus) erraticarum omnium progressus ad ortum sunt/necesse fuit alterum ab uniuersali motu hunc constituere qui circa polos obliqui circuli sic intellecti/ & qua primũ motũ moueretur. Si ergo describi per utrosq; predictorum circulorum polos. Maximum circulũ intellexerimus/necessario utrũq; illorum æquinoctialem dico atq; obliquum in duo æqualia & ad rectos secabit angulos quatuor/in obliquo circulo puncta fient/duo quidem ab æquinoctiali opposita inter se quæ uocant æqnoctialia/quorũ quod ad septẽtrionẽ a meridie procedit uernale/quod huic oppositũ est autũnale nũcupatur. Et duo quæ fiũt a circulo inter utrosq; polos descripto/& ipsa opposita ĩter se hæc solstitialia nominantur/quorũ quod ab æquinoctialis meridiæ est/hyemale: quod ad septẽtrionẽ estiuale uocatur/intelligitur autem unus ille primusq; motus qui cæteros continet omnes quasi descriptus atq; determinatus a maximo circulo/qui per utrosq; polos describitur/circũductusq; reliqua omnia ĩ occasũ ab ortu circũducit. Nixusq; est in æqnoctialis circuli polis: quasi in eo quem meridianum appellant qui ea re solum differt ab illo q̃ non semper per obliqui circuli polos describitur/& ad hæc quia continue rectos ad horizontem angulos facere intelligitur. ¶ Meridianus autẽ uocatur quoniam hæc positio utrũq; quod super terram & quod sub terra est semisphæriũ in duo æqualia secans media dierum ac noctium tempora continet. Secundus uero atq; multiplex continetur quidem a primo: ipse uero erraticarum sphæras omnium continet hic fertur quidem a predicto (ut diximus) Reuoluitur autem in cõtraria in obliqui circuli polis/qui etiam sempet nixi in circulo/a quo prima descriptio fit/hoc est in eo qui per utrosq; polos est rationabiliter una cum ipso circũducũtur: & pœnes motũ secundæ latitudinis in contraria/eundem semper situm cum descripto per ipsos circulo maximo ad æquinoctialem obliquo conseruant. Sed uniuersalis quidem prælibatio summatim atq; per capita ita breuiter (quæ præmittenda erant) exposuimus. Nunc uero particulares demonstrationes agressuri/quarum



primam esse. Arbitramur eam qua arcus inter prædictos polos medius/maximi per eos descripti circuli, quãtus sit comprehenditur. Necessarium etiam uidemus/ut prius quãtis rectarum linearum negocium quæ in circulo perducuntur. Ponamus præsertim quum nobis curæ sit lineis singula demonstrare.

¶ De quantitate rectarum linearum quæ in circulo perducuntur. Cap. IX.

De scientia chordarum.

Data circuli diametro, latera decagoni/hexagoni/pentagoni/tetragoni atq; trianguli isopleurorum eidem circulo inscriptorum reperire.

SED AD FACILIOREM usum quantitatis earum/postea tabulas faciemus & circũferentiam circuli totam in. 360. portiones diuidemus, & cuiq; arcui medium gradum incrementis rectas subtensas lineas accõmodabimus, idest quot portionũ sunt ita exponemus/quasi diameter (propter computatiõis numerorum cõmoditatem) in. 120. partes diuidatur. Prius autẽ demonstrabimus quomodo q̃ maxime possibile sit per eadem paucaq; theoremata breuem ac facilem intelligentiam quantitatum chordarum faciemus. Vt non solum earum magnitudines certius habeamus. Verum etiam per linearum demonstrabilem uiam facile possimus errata comprehendere. Vtemur autem uniuersaliter numerorum uia ꝓm sexagenarii numeri modum. Ne fractionũ difficultas nobis impedimento sit. Multiplicationes uero atq; diuisiones sic faciemus: ut proximum semper assequamur ne quod relinquitur ulla de qua curandum sit differentia Differatq; ab eo quod a sensu exquisite habet. ¶ Sit ergo semicirculus A.B.G. Cuius centrum. D. diametrum uero. A.G. & ex centro. D. per rectos angulos ad. A.G. diametrũ. D.B. linea producatur. Diuidaturq;. D.G. in duo æqualia p punctum. E. & coniũgatur. E.B. cui. E.F. constituatur æqualis & coniũgatur. F.B. dico F.D. quidem lineam decagoni. B.F. autem pentagoni latus esse. Nam quoniã. D./G. recta linea in duo æqualia per punctum. E. diuisa est/& ipsi. D.F. linea recta in lõgum additur/quadrangulum quod super. G.F. &. F.D. continetur/Vna cum quadrato lineæ. E.D. quadrato illi æquale est quod ex. E.F. linea in se ducta efficitur. Quare illi etiam quod est ex. E.B. æqualis enim posita est. E.B. linea ipsi. F.E. Sed quadrato ipsius. E.B. quadrata. E.D. &. D.B. linearum æqualia sunt. Rectangulum ergo ꝙ sub. G.F. &. F.D. continetur simul cum quadrato lineæ. D.E. æquale illis quadratis est/quæ ex. B.D. &. D.E. lineis constituuntur. Quare si. E.D. lineæ quadratum cõe utrinq; auferas reliquum quod ex. G.F. &. F.D. rectangulum constituitur quadrato. D.B. Aequale ẽ/quare quadrato etiam. D.G. Linea ergo. F.G. ꝓm proportionem habentem medium & duo extrema in puncto. D. diuisa est/Quoniam ergo sexanguli & decagoni (quæ in eodem circulo intra describuntur) latera si eandem rectam continuamq; faciunt lineam/ꝓm proportionem habentem medium/& duo extrema diuidũtur. Estq; linea. G.D. cum ab ipso centro sit sexanguli latus: erit profecto linea. D.F. decagoni lateri æqualis. Similiter quoniam pentagoni latus tantum potest quantum sexanguli & decagoni quæ in eodem circulo intra descripta sunt. Estq;. B.F. lateris rectanguli trianguli. B.D.F. quadratum/æquale duobus quadratis. B.D. lineæq; sexanguli &. D.F. quæ decagoni latus est. Relinquitur necessario ut. B.F. æqualis lateri pentagoni sit. ¶ Quoniam ergo (ut diximus) circuli diametrum. 120. portionum esse supponimus. Erit propter illa quæ modo demonstrata sunt. D.E. linea cum eius quæ a centro est medietas/sit partium. 30. & quadratum eius. 900. B.D. autem cum a centro sit partium erit. 60. & quadratum eius sit partium. 3600. quadratum uero. E.B. lineæ. ſ. quadratum. E.F. earundem 4500. Quare. E.F. lineæ longitudo erit proxime partium. 67 4.55. & reliqua. D.F. earundem. 37.4.55. decagoni ergo latus quod. 36. huiusmodi portionum arcui subtenditur: quales circulus habet. 360. erit. 37.4.55. talium quales diameter habet. 120 ¶ Rursus quoniam. D.F. partium est. 37.4.55. & quadratum eius. 1375.4.15. est autem etiam quadratum lineæ. D.B. 3600. earundem qui numeri si componantur quadratum lineæ. B.F. constituunt quod est. 4975.4.15. erit. B.F. lineæ longitudo partium proxime. 70.32.3. quare latus quoq; pentagoni quod talibus. 72. gradibus subtenditur. quales circulus habet. 360. Talium est. 70.32.3. qualium diameter. 120





Patet autem per se sexagoni quoq; latus quod.60.subtēdit gradibus & semidiametro/æquale est portionū esse.60.Similiter quoniam quadrati latus quod.90.gradibus subtenditur triplum eiusdem potentia est cum semidiametri quadratum sit 3600.colligetur quadrati lateris quadratum.7200.lateris uero trianguli.10800. quare longitudo cordæ quæ.90.gradibus subtenditur taliū erit proxime.84.51.10. qualium diameter.120.quæ uero.120.gradibus subtenditur erit earundem.103.55. 23.¶ Sed istæ nobis sat faciles sunt per se ipsas acceptæ.Perspicuum insuper erit datis quibusdam lineis facile illas etiam dari quæ reliquis ad semicirculum arcubus subtenduntur:cum quadrata ipsarum composita diametri quadratum efficiant. (Nam quoniam uerbi gratia)quæ.36.gradibus subtenditur.37.4.55.portionum esse demonstrata est & quadratum eius.1375.4.50.diametri uero quadratum portionum.14400.erit chorde qua reliqui ad semicirculum gradus.144.subtendunt:quadratum.130:4.partes.M.56.fere & longitudo eius earundem.114.7.37. proxime in reliquis quoq; similiter.

Correlarium primum.
¶ Data alicui° arcus chorda/nota fiet chorda arcus residui de semicirculo.



		Quadrata.	
	¶ Dedecagoni.	900.0.0.	E.D.
	¶ Decagoni.	1375.4.14.	D.F.
	¶ Exagoni.	3600.0.0.	B.D.
GAVR.	¶ Pentagoni	4975.4.15.	B.F.
	¶ Tetragoni	7200.0.0.	B.A.
	¶ Trigoni	10800.0.0.	A.E.
	¶ Diametri	14400.0.0.	A.G.
	¶ Lateris.E.F.	4500.0.0.	E.B.

cõputatione poterit adinueniri/eã annis/qui inter erunt/distribuere oportebit: quo niam tam i multis q̃ in paucis annis eadem esse cognoscitur/quæ tamẽ restitutio tã to exquisitius capietur: quanto longius maiusq; inter obseruationes fuerit tempus quod non huic solum/uerum etiam ceteris restitutionibus accidit. Nam qui ꝓpter obseruationum (etiam si exquisite adhibeantur) instabilitatem error fit/quãuis par uus & nullus fere quãtum ad sensum esse uideatur/tam in lõgo q̃ in breui tempore apparentibus. In pauciores tamen diuisus annos/maior in uno anno efficitur/& q̃ in longiore hinc a tempore colligitur similiter. In plures autẽ minor/quare satis es/se censemus/si quantum inter nostras & exquisitas priscorum obseruationes inter/fuit tempus restitutionibus istis afferre potest. Tantum ipsi quoq; afferre conemur nec sponte exactam examinationem negligamus. Veritatem autem quæ a tota tẽ/poris perpetuitate/aut a multiplici tempore obseruationum haberi potest aliis reli/quendam putamus. ¶ Vetustatis igitur gratia/æstiua solstitia Mẽtonis & Euctemo nis & postea in Aristarchi temporibus obseruata/ his cõferenda sunt quæ nostris fue runt temporibus. Sed quoniam solstitiorum obseruationes difficile discernuntur/ & ad hæc quoniam quas illi tradiderunt non exquisite captæ uidentur. Quod etiã Hipparchi iuditio comprobatur/eas quidem prætermisimus. Vsi autem sumus æq/ noctiorum obseruatiõibus/& maxime Hipparchi/quas exqsitissime ab ipso captas putamus/& nostris quas instrumentis cœpimus/quorum i primo libro constructio nem docuimus/quibus iuenimus uno die priusq̃ additio quartæ partis ad .365. dies postulat i .300. proxime annis solstitia & æquinoctia facta fuisse/nam i .32. anno ter tiæ ꝓm Calippum periodi autũnale Hipparcus æquinoctium exquisitissime obser/ uatum significauit computasse/quod ait factum fuisse tertia inter calariũ die i me/ dia nocte/ad quã dies quartus sequebatur/& fuerunt anni .178. ab Alexandri morte. Deinde post .285. annos .3. Antonini anno/qui est .463. a morte Alexandri/exaptissi/ me ipsi obseruauimus autũnale rursus æquinoctium .9. die mẽsis athir post unam ꝓxime horã a solis ortu factũ. Antecessit igit restitutio i .285. ãnis ægyptiis/quorũ sin guli .365. dies solũmodo habent dies .70. & quartã/& .20. proxime unius diei parti/ culam/pro diebus .71.15. quæ pro quarta parte prædictis annis adduntur. Quare pri/ us factum est/quam additio quartæ flagitat partis uno die .20. proxime parte minus ¶ Rursum i prædicto .32. anno tertiæ ꝓm Calippum periodi æquinoctium uerna le ait Hipparcus exactissime obseruatum .27. mensis Mechir in mane factum fuisse & sunt anni ab Alexãdri morte .168. Deinde post .285. similiter annos in .463. anno ab Alexãdri morte æquinoctium uernale nos inuenimus septimo die pathon post meridiem una proxime hora/ut hic etiam reditus .70. & quarta uigesimaq; proxi/ me totidem uidelicet diebus antecesserit pro .71.15. diebus quas pro quarta .285. an/ ni flagitabant. Prius ergo etiam hic uernalis æquinoctii reuolutio uno die fuit .20. parte unius. Quare quoniam eadẽ proportio est .300. annorum ad .285. & diei uni/ us ad unam diem .20. parte minus. Colligitur q̃ in .300. proxime annis reditus solis ad æquinoctialia puncta uno die additionem quartæ partis precedat/q̃ si etiam ad solstitium æstiuale quod Mentonis Euctemonisq; tẽporibus simplicius fuerat ob/ seruatum uetustatis gratia/exquisitam obseruationem nostrã contulerimus idẽ in/ ueniemus. ¶ Illud enim Abseunde magistratum Athenis gerẽte .21. die Famenot ꝓm ægyptios in mane fuit. Nos aũt in dicto .463. anno ab Alexandri morte exactissi me computauimus .11. die messori post mediam noctem quã .12. sequebatur proxi/ me factum/& sunt a solstitio æstiuali capto in magistratu Abseundis usq; ad obser/ uatum ab Aristarcho i anno .50. Primæ ꝓm Calippum periodi (ut etiam Hiparchus asserit) anni .151. A dicto autem .50. anno/qui est .44. annus a morte Alexandri usq; 463. nostræ obseruationis annum/sunt anni .419. ¶ In omnibus igitur totius di/ stantiæ .571. annis/si æstiuale solstitium ab Euctemone obseruatum sub magistratu Abseũdis .21. die Famenot/in annis ægyptiacis .571. accesserũt dies .140.50. proxime pro .142.45. quos .571. anni additione quartæ partis postulabant. Quare dicta resti/ tutio prius facta est q̃ additio quartæ flagitat duabus (minus duodecima parte) die/ bus. Vnde sic quoq; patet in .600. annis duos plenos proxime dies quartæ additio/ nem solstitium ꝓcessisse/multis quoq; aliis obseruationibus idem accidere nos in/

Mentonis
Euctemonis
Aristarchi

Hipparchus

uel .178.

uenimus / & Hipparchum quoq; uidemus ſepe numero huic conſentire. Nam in libro de magnitudine anni/cum æſtiuale obſeruatum ab Ariſtarcho ſolſtitium.50. anno primæ ſm Calippum periodi exeunte illi comparaſſet ſolſtitio/quod ipſe.43 anno tertiæ ſm Calippum periodi exeunte cœpit/ſic ait. Perſpicuũ igitur ẽ q̃.145. Annis citius q̃ additio quartæ/poſtulat ſolſtitium factum eſt media parte nocturni diurniq; temporis ſimul. ¶ Rurſus in libro de intercalaribus menſibus & diebus cum prædixiſſet ſm Mentonem Euctemonemq; ſpatium anni.365.dies quartã ſolum his uerbis proſequitur. Nos uero menſes quidem totidem in.19.annis ſolaribus contineri comperimus quot etiam illi. Annũ autem etiam quarta parte minus precedere.300.diei parte inuenimus/ita ſm Mentonẽ quidem in.300.annis.5.dies deſunt. ſm Calippum uero una ſolũmodo. Deinde opiniones ſuas per librorũ ſuorũ titulos repetẽs ſic ait. Scripſi etiã de annuo ſpatio librum unum in quo demõſtro ſolarem annum ideſt tempus quo a ſolſtitio ad ſolſtitiũ/uel ab æquinoctio ad æquinoctium redit/continere dies.365/& minus quarta parte per unam.300. diurni noctumiq; temporis partem. ¶ Nec(ut mathematici arbitrantur)quartam ſolũ modo partem additam ſupra.365.dierum multitudinẽ addi/q̃ igitur quæ ad hũc diem de magnitudine anni percepta eſt prædictæ magnitudini reſtitutiõis ad tropica & æquinoctialia puncta conſentiunt perſpicuum eſt. Quæ cum ita ſe habeant/ſi diem unã per.300.annos partiremur inueniemus ſingulis annis.12. ſecunda diſtribui/hæc ſi ſubtraxerimus a.365.diebus/&.m̃.15.habebimus ſpatiũ anni.365.14.48. Tãta igitur multitudo dierum anni erit/q̃ proxime nobis ab obſeruatiõibus (quas habuimus)ad inuenta. ¶ Verum propter cõſiderationem progreſſus ſolis aliarũq; ſtellarum ad ſingula loca quem promptum & quaſi expoſitum particularis tabularum ſeries præbet/illã eſſe oportere mathematico intentionem arbitramur/ut cuncta quæ in cœlo apparent æqualibus circularibuſq; motibus fieri oſtendat / putetq; illam tabularum compoſitionem huic intenſioni maxime cõmodam / qua motus æquales ſingulorum ſeparantur ab inæqualitate/quæ propter ſuppoſitiones circulorum uidetur accidere. Et qua rurſus ex horum utrorumq; congregatione apparẽtes progreſſus inuenientur ac demonſtrantur/quod genus ut nobis cõmodius etiã in ipſis demonſtrationibus paratum ſit/faciemus æqualium ſolis particulariumq; motuum expoſitionem hoc modo. Nam cum reſtitutio una.365.14.48.dierũ ſit/ſi per has.360.unũ circuli gradum partiti fuerimus/habebimus diurnum ſolis motũ 0.59. 8.17.13.12.31. Proxime. Solis enim erit ad hæc uſq; minuta partiendo deſcendere. ¶ Huius diurni motus ſi uigeſimam quartam cœperimus partẽ/habebimus horæ unius motum graduum.0.2.27.50.43.3.1.proxime. Similiter ſi hunc diurnũ motum multiplicauerimus in triginta menſis unius dies/habebimus medium mẽſis unius motum.29.34.8.36.36.15.30.proxime. ¶ Si uero in unius ægyptiaci anni dies.365.habebimus medium motum annuum.359.45.24.45.21.35.graduũ proxime. ¶ Rurſus ſi annuum motum in.18.annos(propter emerſuram in cõdendis tabulis cõmoditatẽ)multiplicauerimus habebimus(Integris tamẽ ſubtractis circulis)medium.18.annorum motum ⊙ partium.355.37.25.36.20.34.30. ¶ Tres igitur tabulas æqualis ſiue medii motus ⊙ condidimus. ¶ Prima.18.annorum collectorum/ſingulas.45.uerſuum in longitudine complectens. Septem uero in latitudine/quæ medium.⊙.motum continebit. ¶ Secunda primum ſimplices expanſoſq; annos. Deinde medios eorum motus. ¶ Tertia menſium primo/deinde dierum/Vltimo horarum æquales motus continebit. Et numerus quidem temporis in prima collocabitur parte. Graduum uero & fractionum in ſequentibus/ſecundũ cõuenientes ſingulis collectiones. Sunt autem tabulæ iſtæ.

	partes	m̃	2ª	3ª	4ª	5ª	6ª	
⊙	0	59	8	17	13	12	31	Die

Tabula medii atq; æqualis motus

Colle.	In annis collectis						
Anni	ptes	1ª	2ª	3ª	4ª	5ª	6ª
18	355	37	25	36	20	34	30
36	351	14	51	12	41	9	0
54	346	52	16	49	1	43	30
72	342	29	42	25	22	18	0
90	338	7	8	1	42	52	30
108	333	44	33	38	3	27	0
126	329	21	59	14	24	1	30
144	324	59	24	50	44	36	0
162	320	36	50	27	5	10	30
180	316	14	16	3	25	45	0
198	311	51	41	39	46	19	30
216	307	29	7	16	6	54	0
234	303	6	32	52	27	28	30
252	298	43	58	28	48	3	0
270	294	21	24	5	8	37	30
288	289	58	49	41	29	12	0
306	285	36	15	17	49	46	30
324	281	13	40	54	10	21	0
342	276	51	6	30	30	55	30
360	272	28	32	6	51	30	0
378	268	5	57	43	12	4	30
396	263	43	23	19	32	39	0
414	259	20	48	55	53	13	30
432	254	58	14	32	13	48	0
450	250	35	40	8	34	22	30
468	246	13	5	44	54	57	0
486	241	50	31	21	15	31	30
504	237	27	56	57	36	6	0
522	233	5	22	33	56	40	30
540	228	42	48	10	17	15	0
558	224	20	13	46	37	49	30
576	219	57	39	22	58	24	0
594	215	35	4	59	18	58	30
612	211	12	30	35	39	33	0
630	206	49	56	12	0	7	30
648	202	27	21	48	20	42	0
666	198	4	47	24	41	16	30
684	193	42	13	1	1	51	0
702	189	19	38	37	22	25	30
720	184	57	4	13	42	59	0
738	180	34	29	50	3	34	30
756	176	11	55	26	24	9	0
774	171	49	21	2	44	43	30
792	167	26	46	39	5	18	0
810	163	4	12	15	25	52	30

Tabula méſiũ ſm egyptios

Anni	In annis expanſis						
ſim.	ptes	1ª	2ª	3ª	4ª	5ª	6ª
1	359	45	24	45	21	8	35
2	359	30	49	30	42	17	10
3	359	16	14	16	3	25	45
4	359	1	39	1	24	34	20
5	358	47	3	46	45	42	55
6	358	32	28	32	6	51	30
7	358	17	53	17	28	0	5
8	358	3	18	2	49	8	40
9	357	48	42	48	10	17	15
10	357	34	7	33	31	25	50
11	357	19	32	18	52	34	25
12	357	4	57	4	13	43	0
13	356	50	21	49	34	51	35
14	356	35	46	34	56	0	10
15	356	21	11	20	17	8	45
16	356	6	36	5	38	17	20
17	355	52	0	50	59	25	55
18	355	37	25	36	20	34	30

M.M.⊙. In horis.

hore	ptes	1ª	2ª	3ª	4ª	5ª	6ª
1	0	2	27	50	43	3	1
2	0	4	55	41	26	6	2
3	0	7	23	32	9	9	3
4	0	9	51	22	52	12	5
5	0	12	19	13	35	15	6
6	0	14	47	4	18	18	7
7	0	17	14	55	1	21	9
8	0	19	42	45	44	24	10
9	0	22	10	36	27	27	11
10	0	24	38	27	10	30	12
11	0	27	6	17	53	33	14
12	0	29	34	8	36	36	15
13	0	32	1	59	19	39	16
14	0	34	29	50	2	42	18
15	0	36	57	40	45	45	19
16	0	39	25	31	28	48	20
17	0	41	53	22	11	51	21
18	0	44	21	12	54	54	23
19	0	46	49	3	37	57	24
20	0	49	16	54	21	0	25
21	0	51	44	45	4	3	27
22	0	54	12	35	47	6	28
23	0	56	40	26	30	9	29
24	0	59	8	17	13	12	31

Dies	par.	1ª	2ª	3ª	4ª	5ª	6ª
30	29	34	8	36	36	15	30
60	59	8	17	13	12	31	0
90	88	42	25	49	48	46	30
120	118	16	34	26	25	2	0
150	147	50	43	3	1	17	30
180	177	24	51	39	37	33	0
210	206	59	0	16	13	48	30
240	236	33	8	52	50	4	0
270	266	7	17	29	26	19	30
300	295	41	26	6	2	35	0
330	325	15	34	42	38	50	30
360	354	49	43	19	15	6	0

Tabula dierũ a meridie.

dies	ptes	1ª	2ª	3ª	4ª	5ª	6ª
1	0	59	8	17	13	12	31
2	1	58	16	34	26	25	2
3	2	57	24	51	39	37	33
4	3	56	33	8	52	50	4
5	4	55	41	26	6	2	35
6	5	54	49	43	19	15	6
7	6	53	58	0	32	27	37
8	7	53	6	17	45	40	8
9	8	52	14	34	58	52	39
10	9	51	22	52	12	5	10
11	10	50	31	9	25	17	41
12	11	49	39	26	38	30	12
13	12	48	47	43	51	42	43
14	13	47	56	1	4	55	14
15	14	47	4	18	18	7	45
16	15	46	12	35	31	20	16
17	16	45	20	52	44	32	47
18	17	44	29	9	57	45	18
19	18	43	37	27	10	57	49
20	19	42	45	44	24	10	20
21	20	41	54	1	37	22	51
22	21	41	2	18	50	35	22
23	22	40	10	36	3	47	53
24	23	39	18	53	17	0	24
25	24	38	27	10	30	12	55
26	25	37	35	27	43	25	26
27	26	36	43	44	56	37	57
28	27	35	52	2	9	50	28
29	28	35	0	19	23	2	59
30	29	34	8	36	36	15	30

¶ De supputationibus æqualis circularisq; motus. Cap. III.

SVM AVTEM sequatur ut inæqualitatem in solari motu apparentē demonstremus/uniuersaliter prædicēdum est/q; erraticarum quoq; stellarū ad successionem signorum motus (sicut & uniuersa totius latio ad ꝓcedētia) æqles omnes sunt circularesq; natura/idest omnes lineæ quæ stellas aut circulos earum circūducere intelligūtur/in omnibus simpliciter æqualibus tēporibus æquales angulos ad centra cuiuslibet circulationis intercipiunt. Quæ aūt inæqualitates in ipsis apparēt hæ penes positiōes atq; ordines circulorum quibus mouētur/quiq; sūt in spheris earū efficiūtur/nec alienū a perpetuitate ipsorū propter apparētium cōfusum ordinē ullo modo ipsa re accidit. ¶ Causa uero ut inæqliter moueri uideātur duabus maxime primis simplicibusq; suppositionibus potest accidere. Nam cū motus ipsarū ad cōcentricū mundo/& in superficie circuli qui per mediū signorū est/sic aspiciatur ut noster aspictus a centro eius nō differat/ipsas aut nō in cōcentricis mūdo circulis æqualiter moueri credendū/aut in cōcētricis quidē/nō aūt in ipsis simpliciter/Sed in aliis q ab ipsis deferunt/quiq; epicicli uocantur. Vtraq; enī istarum suppositionū possibile erit/ut æqualibus in tēporibus inæquales obliq circuli mūdo cōcētrici arcus aspectibus nrīs ꝑtrāsiri uideātur/nā siue in excētricitatis suppositione intellexerimus excentricū quidē in quo stella æqualiter moueturA.B.G.D. ipsiusq; centrum.E.& diametrū.A.E.D. Punctū autem.F. in ipsa/& nostrum aspectum/ut punctum quidem.A. maxima longitudo sit.D. uero minima/Cum.A.B.&.D.G. arcus æquales cæperimus/coniunxerimusq; tractis lineis.B.E.&.B.F.&.G.E.&.G.F. manifestū hinc erit q; quāuis per utrosq;.A.B.&.G.D. arcus æquali tempore stella moueatur/inæquales tamen circa.F. centrum descriptī circuli arcus pertransisse uidebitur. Nam cū angulus.B.E.A. angulo.G.E.D. æqualis sit/angulus quidem.B.F.A. utroq; ipsorū minor est/angulus uero.G.F.D. maior. ¶ Siue in epicicli suppositione concentricum quidem obliquo.A.B.G.D. circulum intellexerimus cuius centrum sit.E. diameter.A.E.G. Epiciclum uero in eo delatum in quo stella mouetur.F.I.T.C. circa centrum.A. perspicuū quoq; sic erit/quāuis epiciclus æqualiter per.A.B.G.D. circulum moueatur a puncto.A. Verbi gratia ad punctū.B. Et stella quoq; ipsa per epiciclū tamē quāto quidē in.F.&.T. pūctis stella est nullā facere ad.A. cētrū epicicli uidebit differētiā/quādo uero in aliis/nō ita/sed cū erit/uerbi gratia in.I. pūcto per.A.I. arcum æqualē & mediū motum excessisse. Quādo uero erit ī pūcto.C. Minus medio motu per.A.C. arcū mota uidebitur. ¶ Sed ī suppositiōe quidē excētricitatis semper euenit/ut minimus motus ī maxima lōgitudine fiat. Maximus uero in minima/semper enim angulus.A.F.B. minor est angulo.D.F.G. In ea uero quæ per epiciclum est/utrūq; fieri potest. Nam cum epiciclus ad successionem signorum moueatur/ut uerbi gratia a puncto.A. ad punctum.B. Si stella quidem sic in epiciclo moueatur/ut in maxima lōgitudine ad successionem rursus signorum motus fiat: idest ab.F. ad.I. maximus trāsitus in maxima longitudine fieri uidebitur. Sic enim fit ut & epiciclus & stella ad eandē partē moueātur. Sin uero stellæ motus ī maxima lōgitudine ad ꝓcedētia epicicli fiat idest ab.F. pūcto ad.C. tūc ecōtra minimus trāsitus in lōgitudine maxima efficietur. Stella enim cōtrariū epicicli motū habebit. ¶ Hec cū ita se habeant/illa deinceps ꝓlibāda sunt q; in erraticis quæ dupliciter inæqualē facere motum uidentur. Vtræq; suppositiones istæ (ut in tractatu ipsarū demonstrabimus) cōnecti possunt. In illis uero quæ ut in simplici æqualitate uidētur. Vna istarū suppositionū sufficiet/ omnia enī quæ apparēt/exacte ꝑ utrāq; fieri possunt. Cū eadē in utrisq; ꝓportio cōseruet/idest quādo in excētricitatis suppositione quā habet ꝓportionē quæ intercētra est excētrici circuli/& rursus ipsius ad eā quæ est a centro excētrici hāc in epicicli suppositione habeat quæ a cētro epicicli est ad eā quæ est a cētro circuli deferētis ipsum/& ad hæc quāto stella tēpore ad successionē signorū mota circulū excētricū (qui nō moueat) pertrāsit. Tāto etiā epiciclus quidē uisui cōcentricū circulum ad successionem. Ipse quoq; signorū motus pertrāseat/& stella epiciclū simili uelocitate/ita tamē ut motus a maxima longitudine ad præcedentia fiat/q; autē his ita suppositis eandem ex





utraq; ſuppoſitiõe accident breuiter docebimus. Tum per proportiones ipſas tum
poſtea exponendis ipſis per numeros in ſolis inæqualitate. Dico igitur primum q̃
per utrãq; poſitionem maxima differentia inter æqualem motum & eum qui uide
tur inæqualis/ſm quem medius etiam tranſitus ſtellarum intelligitur/tunc fit quã/
do apparens a maxima longitudine diſtantia quartam circuli partem intercipiat/&
q̃ tempus a maxima longitudine ad dictum uſq; medium tranſitum maius eſt/ q̃
tempus a medio tranſitu ad longitudinem minimam/unde in excentrici quidem
ſuppoſitione ſemper accidit. In epicycli autem quando motus ſtellarum a minima
longitudine ad precedentia fit/ut tempus a motu minimo ad medium/ maius fiat
q̃ a medio ad maximum. Idq; ideo quoniã in utraq; minus tranſitus in lõgitudine
maxima efficitur/quando autem ſtellæ ad ſucceſſionem epicyclorum a maxima lõ/
gitudine circumduci ſupponuntur/Tunc a motu maximo ad medium/ maius eſt
tempus q̃ a medio ad minimum/idq; ideo quoniam econtra hic in maxima longi/
tudine maximus tranſitus fit. ¶ Sit igitur primum. A. B. G. D. ſtellæ circulus excen
tricus. Cuius centrum ſit. E. & diameter. A. E. G. In qua centrũ zodiaci in hoc uiſus
ipſius oculi capiatur & ſit. F. a puncto. F. ad rectos angulos diametri. A. E. G. protra/
hatur linea. B. F. D. ſupponaturq; ſtella in. B. D. punctis eſſe/ut uidelicet & apparẽs
diſtantia per quartam utrĩq; partẽ ab longitudine maxima diſtet/demonſtrandum
eſt q̃ in. B. &. D. punctis maxima inter æqualem & inæqualem motum differentia
fit. Coniungãtur enim. E. B. &. E. D. q̃ igitur quã. E. B. F. angulus ad quatuor rectos
habet proportionem/eam habet arcus differentiæ inæqualitatis ad totum circulũ.
inde patet quoniam. A. E. B. angulus æqualis motus arcum ſubtendit. Angulus ue/
ro. A. F. B. arcum motus qui inæqualis apparet. Eſtq; ipſorum exceſſus angulus. E.
B. F. Dico igitur q̃ neutro ipſorum maior alius angulus ſuper circũferentiam circu/
li. A. B. G. D. in linea. E. F. conſtitui poteſt. ¶ Conſtituãtur enim in. T. &. C. punctis
anguli. E. T. F. &. E. C. F. & cõiungantur. T. D. &. E. D. Quoniam igitur in omni tri/
angulo longius latus maiori angulo ſubtenditur. Eſt autem maior. T. F. linea q̃ li/
nea. F. D. Maior etiã erit angulus. T. D. F. Angulo. T. D. F. ſed. E. T. D. angulus æq̃/
lis ẽ angulo. E. T. D. quoniam. E. T. &. E. D. æquales ſunt. Erit igitur totus. E. D. F.
Angulus hoc eſt ipſe. E. B. F. maior angulo. E. T. F. ¶ Rurſum quoniã. D. F. maior
eſt q̃. C. F. Angulus quoq;. F. C. D. maior eſt angulo. F. D. C. Sed angulus. E. C. D. to
ti angulo. E. D. C. æqualis eſt. Nam &. E. C. rurſus &. E. D. æquales ſunt. Et reliquus
ergo. E. D. F. hoc eſt. E. B. F. maior eſt angulo. E. C. F. Nõ eſt ergo poſſibile maiores
alios cõſtitui angulos modo quo diximus q̃ ſint anguli in. B. &. D. punctis conſtitu
ti/cum iſtis una demõſtratur q̃ etiã. A. B. arcus qui tẽpus a motu minimo ad mediũ
continet maior eſt arcu. B. G. quo tẽpus a medio motu ad maximum continet duo
bus arcubus quibus inæqualitatis differentia continetur. Angulus enim. A. E. B. ma
ior eſt recto: ideſt maior q̃ angulus. E. F. B. per angulum. E. B. F. Angulus uero. B. E.
G. minor q̃ rectus eodem. ¶ Sed ut etiã in alia poſitione id accidere demõſtremus
ſit. A. B. G. concentricus mundo circulus/cuius centrum. D. & diameter. A. D. B. Cir/
culus uero qui defertur in eo in eadem ſuperficie ſit. E. F. I. cuius centrum ſit. A. ſup
ponaturq; ſtella eſſe. in. I. quando per quartam uidetur a maximæ longitudinis pũ
cto partem diſtare/& coniungatur. A. I. &. D. I. G. Dico q̃. I. G. linea tãgit epiciclũ.
Tunc enim maxima differentia a motu æquali ad inæqualem fit. Nam quoniã æq̃
lis a maxima longitudine motus ſub angulo. E. A. I. continetur æquali a uelocita/
te/& ſtella epiciclum/& epiciclus. A. B. G. circulum pertranſeunt: & differentia æqua
lis motus ad apparentem ſub angulo. A. D. I. continetur/patet qa exceſſus etiam. E.
A. I. anguli ad. A. D. I. hoc eſt angulus. A. I. D. apparentem a maxima longitudine
ſtellæ diſtantiam continebit/quare quoniam ipſa quartæ partis eſſe ſupponitur re/
ctus erit Angulus. A. I. D. & hac de cauſa. D. I. G. linea. E. F. I. circulum tanget/qua/
re arcus. A. G. qui eſt inter. A. centrum & lineam tangentem maxima inæqualitatis
differentia eſt & per eadem arcus. E. I. quo ſm ſuppoſitum nunc motum in epici/
clo tempus a motu minimo ad medium continetur. Maior eſt q̃. I. F. quo tempus
a medio motu ad maximum continetur/duobus. A. G. arcubus/nam ſi. D. I. ad. T.
producamus &. T. C. A. lineam per pendiculariter ad. E. F. protrahamus/fient angu/







li.C.A.I.&.A.D.G.æq̃les & arcus.C.I.arcui.A.G.similis quo maior est. E.I.q̃ una pars quarta. Minor aũt.F.I.quod erat demõstrandum. ¶ Quod autem etiam in particularibus motibus in utraq; suppositione eadem omnia æqualibus temporibus fiunt, tam in motibus æqualibus q̃ in apparentibus, & ad hæc in ipsorum excessibus idest inæqualitatis differẽtia hinc maxime quispiam intelliget. Sit enim A.B.G.circulus obliquo concẽtricus, cuius centrum sit.D. Excentricus autẽ & æqualis .A.B.G.cõcentrico sit.E.F.I.& centrũ eius sit.T.sitq; cõmunis utriusq; diameter A.T.D.transiens per.E. maximã longitudinem & per.D.T.centra, captoq; cõtigẽter in excentrico arcu.A.B.centro ipso.B.describatur circulus.C.F. secundũ quantitatem.D.T.&.protrahatur linea.C.B.D.Dico q̃ stella quidem sub utroq; motu ad F.excentrici & epicycli sectionẽ in tempore cũ æquali perueniet, hoc est qui tres arcus.E.F.excentrici &.A.B.cõcentrici &.C.F.epicycli Alteri alteris similes erũt. Differentia uero æqualis motus ad inæqualem, & apparens transitus stellæ similis etiã ipse in utraq; fit suppositione. ¶ Iungantur enim.F.T.&.B.F.&.D.F.Et q̃m quadrilateræ figuræ.B.D.T.F.latera ex aduerso collocata alterũ alteri æqualia sunt.B.D.F.T.quadrilatera figura parallelogrãmũ erit & anguli similiter oppositi æquales, Quare tres etiã anguli.E.T.F.&.A.D.B.&.F.B.C.æquales sũt, Quoniã igitur in centris sunt arcus quoq; ipsis subtensi.E.F.excentrici &.A.B.concentrici &. C.F. epicycli similes inter se sunt. Aequali ergo in tempore ad idem punctum.F. secundum utrosq; motus stella perueniet, & eundẽq; obliqui .A.L.a maxima longitudine arcum pertransisse apparebit, & erit consequẽter inæqualitatis quoq; differentia eadem in utraq; suppositiõe. Eandem enim differentiam in positione quidem excentricitatis.A.B.S.D.F.T.angulo in epicycli autem.A.B.S.B.D.F. contineri demonstrauimus: & ipsi quoq; ex aduerso æquales q̃m.F.T.&.B.D.æquidistãtes esse demõstratum est. Patet autem q̃ in eadem in omnibus etiam distantiis consequẽtur cum semper.T.D.F.B.quadrilatera figura parallelogramũ fiat. Describaturq; excentricus sub ipso stellæ motu, qui etiã in epicyclo dũmodo in utraq; suppositione similes æqualesq; fiant proportiones quãuis si solũmodo similis. Magnitudine uero inæquales sint eadẽ rursus apparere continget quod perspicuũ erit. ¶ Sit enim similiter.A.B.G.circulus mundo concentricus cuius centrum.D.& diameter A.D.G.in qua stella maximæ minimæq; lõgitudinis fiat, sit autem. E.F. epicyclus circa.B.qui distet ab.A.longitudine maxima per.A.B.arcum contingenter captum Sitq; stella iam mota per motum.E.F.arcum.A.B.arcui uidelicet similẽ, Idq; ideo quoniam reuolutiones circulorum æquali fiunt in tempore & copulentur. D. E. B.&.B.F.&.D.F.quia igitur anguli.A.D.E.&.F.B.E.semper æquales sunt quodq; stella in.D.F.ꝓm hanc suppositionem linea apparebit perspicuum est. Dico autem q̃ etiam in excentricitatis positione siue maior siue minor excentricus fit q̃ A.B.G concẽtricus, dummodo similitudo proportionũ reuolutionũq; temporis æqualitas solum supponãtur in eadem rursus linea.D.F.stella apparebit. Designetur enim I.T.maior (ut diximus) excentricus cuius centrũ sit.C.M.A.G.linea minor uero.L.M.cuius centrum.sit.A.Similiter ẽt producantur.D.M.F.T.&.D.L.A.I.iũgãturq; T.C.&.M.N. Q̃m igit̃ sicut.D.B.se habet ad.B.F.sic.T.C.ad.T.D.&.M.N.ad.N D.&ãgulus.B.F.ad ãgulũ.M.D.N.æq̃lis, idq; ideo q̃m.D.A.&.B.F.æqdistãtes sũt æqualium angulorũ tres trianguli sunt & anguli. B.D.F.&. D.T.C.&. D. M. N. proportiõalibus cõtẽti lateribus æquales lineæ igitur.B.D.&.T.C.quartæ. Anguli quoq;.A.D.B.&.A.C.T.&.A.N.M.æquales sunt: & q̃m in cẽtris circulorũ sunt arcus.A.B.&.I.T.&.L.M.a quibus subtendũtur, similes erunt, æquali ergo in tẽpore nõ solũ epicyclus arcũ.A.B.& stella.E.F.arcũ pertrãsierunt, uerũ etiã in excentricus stella.I.T.&.L.M.arcũ trãsibit, & semper in eãdẽ lineã.D.M.F.T.ꝓpter hæc apparebit in epicyclo quidem cũ in.F.puncto. In maiore uero excẽtrico quũ in.T.in minore aũt cũ in.M.fuerit, & in oĩ positione similiter ad hæc etiã accidit ut quãdo per æqualẽ a maxima & minima longitudie arcũ stella distare appareat, æq̃lis in utraq; suppositione inæqualitatis differẽtia sit, Nã si primũ.A.B.G.D.excentricũ in excentricitatis suppositiõe descripserimꝰ circa cẽtrũ.E.& diametrũ.A. E.G.p.A.lõgitudinem maximam supposuerimusq; uisum esse in puncto.F.in ipsa diametro & per









F.punctũ.B.F.D. contingenter protracta coniunxerimus.E.B.&.E.D. tam apparentes transitus æquales erunt hoc est.A.F.B.angulus ex parte maximæ longitudinis:&.G.F.D.ex parte minimæ q̃ differẽtia inæqualitatis eadẽ erit.Idq; ideo quoniam.B.C.&.E.D.æquales sunt/& angulus.E.B.F.angulo.E.D.F.æqualis/quare eadẽ differentia apparẽtis arcus/hoc est contẽti ab utroq; angulo.A.F.B.&.C.F.D.Maior quidem arcus ex.A.longitudine maxima ipsius motus æqualis fit/Minor autem ex.A.G.minima lõgitudine propterea q̃.A.E.B.angulus maior est q̃.A.F.B.angulo.F.B.E.Angulus uero.G.E.D.minor q̃.G.F.D.angulo.E.F.D. In epicycli deinde suppositione.Sit.A.B.G.cõcentricũ similiter circulũ circa cẽtrũ.D.&. diametrũ A.D.G.descripserimus/Epicyclũ autẽ.E.F.I.circa centrũ.A.ꝓtractaq;.D.I.B.F.cõtingẽter cõiunxerimus.A.F.&.A.I.Erit rursum arcus.A.B. differẽtia inæqualitatis eadẽ/In utrisq; supposita positionib9 hoc est siue in.F.pũcto siue in.I.stella esse supponat:& tam maximæ lõgitudinis obliqui circuli puncto cũ fuerit in. F. q̃.A. minimæ cũ fuerit in.I.æqualiter distare apparebit/ꝓpterea quia arcus a maxima longitudine apparens sub angulo.D.F.A.continet.Excessus eni esse demõstratus est motus æqualis & differẽtiæ quæ penes inæqualitatẽ.E.qui uero a minima lõgitudine apparẽs est sub angulo.F.I.A.cõtinet/hic eni etiã æquali a maxima lõgitudine motui & differẽtiæ quæ penes inæqualitatẽ est æqualis esse cognoscitur/Sed angulus D.F.A.angũlo.F.I.A.æqualis est ꝓpterea q̃.A.F.&.A.I.æquales sunt/q̃re hinc quoq; rursus cõlligitur quia eadẽ differẽtia idest angulo.A.D.I.Maior quidem est. Medius qui a maxima longitudine est q̃ apparens idest.E.A.F.angulus q̃ Angulus.A.F.D.minor autem medius qui est ad minimam longitudinem q̃ apparens qui idẽ est.Videlicet.I.A.D.angulus q̃ angulus.A.I.F.quod erat demõstrandum.

¶ De apparente inæqualitate solari. Cap.IIII.

IS ITA expositis:extimandum est ea quoq; inæqualitatem quæ in motu solis apparet/quoniã una est/& quoniã maius semper a minimo ad medium motũ tempus facit q̃ a medio ad maximũ:id enim iis que apparent consonũ inuenimus/utraq; præpositarũ suppositionum fieri posse/ita tamẽ ut epicyclo motus solis ad præcedẽtia a maxima lõgitudine fiat.Rationabilius aũt est excentricitatis positioni quæ simplicior est & uno/non duobus motibus/peragitur id attribuere/præcedit autẽ ut excentricitatis solaris circuli proportionẽ inueniamus/hoc est quã proportionem habeat quæ inter duo centra est/ad eam quæ a centro excentrici est/hæc inquã maxima proportione obliqui remotissimum a terra pũctũ excẽtrici est/Hæc ab Hipparcho quoq; demõstrata sunt/ Nã cum supposuisset.94.30.dierũ tẽpus esse auerno æqnoctio ad æstiuũ solstitium & ab æstiuo solstitio ab æquinoctium autũnale dierum.92.30 ex his apparentibus solis demõstrat lineã qdẽ inter prædicta cẽtra.24.proxime partẽ esse illius quæ a centro excentrici est.Remotissimum uero eius a terra punctum.24.30.proxime æstiuũ solstitium talibus gradibus præcedere:qualium est obliquus.360.Nos autẽ quãuis prædictarum quartarum tempora expositasq; proportiones easdem proxime nunc etiam inuenimus.Vt hac de causa nobis perspicuum fiat eandem semper positionem ab excentrico solis circulo ad solstitialia & æquinoctialia puncta seruari/ Tamen ne hic locus desertus a nobis uideatur/& ut etiam numeris nostris Theorema hoc expositum sit.Ipsi quoq; sicut in excentrico circulo præpositorum demonstrationẽ faciemus eisdẽ apparẽtibus usi hoc est(ut diximus) q̃ a uerno æquinoctio ad æstiuale usq; solstitium.94.30.dierum tempus intersit/ab æstiuali autem solstitio ad æquinoctium usq; autũnale dierum.92.30.consonam enim dierũ multitudinem inuenimus inter æquinoctia ac æstiuale solstitium quæ a nobis.463.anno a morte Alexãdri exactissime obseruata sunt/nã ut dixim9 autũnale quidẽ æqnoctiũ 9.athir die post ortum solis fuit.Vernũ autem in die.7.pathon post meridiem/ ut tota distãtia.178.15.dierum colligatur/Solstitium uero æstiuale.11.die messore post mediam noctem/quæ ad.12.diem ferebatur/ Vt hec quoq; a uerno æquinoctio ad æstiuale solstitium distantia dierum esse colligatur.94.30. Relinquanturq; ab

Dies	Horæ	
94	12	Ver.
92	12	Estas

D	M
178	15

D	H
94	12
92	12

æstiuali solstitio ad autumnale consequens æquinoctium dies (ad tempus annuũ) 92.30.proxime. ¶ Sit igitur.A.B.G.D.Circulus obliquus cuius centrum sit.E.& protrahantur in ipso duæ diametri perpendiculariter inter se per tropica & æquinoctialia signa.A.G.&.B.D.sitq;.A.quidem uernum.B.uero æstiuale.& relíqua consequenter/q; igitur excentrici circuli centrum inter.E.A.&.E.B.lineas cadit inde perspicuũ est/q;.A.B.G.semicirculus maius medietate annua tempus continet: & hac de causa maiorem excentrici portionem itercipit q̃ semicirculum:& qui.A.B.quarta pars maius etiam tempus continet:& maiorem excentrici arcum intercipit q̃ q̃rta.B.G.Hæc cum ita se habeant:sit punctum.F.excẽtrici centrum/protrahaturq;.Y.F.E.semidiameter per utraq; centra:& per maximam longitudinem/& ipso puncto.F.centro ecentrici/spacio autem contingenti describatur.T.C.L.M. circulus ⊙ excentricus/& ducantur æquidistantes per ipsum.F.ad.A.G. quidem linea.N.X.O.ad.B.D.autem linea.P.R.S.& ad hanc perpendicularem quoq; deducatur a puncto quidem.T.ad lineam.N.X.O.perpendicularis.C.H.Q.quoniam ergo ⊙ cum per.T.C.L. Semicirculum æqualiter moueatur/Arcum quidem.T.C.in diebus.94.15.pertransit arcum uero.C.L.in diebus.92.30.mouetur autem æqualiter in.94.30.diebus gradus.93.9.proxime/Tales qualium obliquus est.360. ¶ In diebus uero.92.30.gradus.91.11. ¶ Erit ergo arcus.T.C.L.184.20.graduum utriq; aũt arcus.N.T.&.L.O.reliquorum detractis.180.gradibus semicirculi. Erũt graduum 4.20.& duplus arcus.T.N.idest arcus.T.N.Y.eorundem.4.20.quare.T.Y.& chorda sibi subtensa talium erit.4.32.proxime/qualium est excentrici diameter.120.medietas uero eius idest.T.N.hoc est.E.X.eorundem.2.16. ¶ Rursus quoniam.T.N.P.C.portio tota graduum est.93.9.&.T.N.graduum.2.10.&.N.P.quarta pars graduum.90.relinquitur ut.P.C.arcus graduum.Sit.0.59.& duplus eius idest arcus.C.P.Q.graduum.1.58.Quare chorda quoq; sibi subtensa taliũ erit.2.4.qualiũ est excentrici diameter.120. ¶ Medietas uero eius hoc est.C.H.idest.F.X. partium.1.2.eorundem/quarũ linea.E.X.demonstrata est.2.16.& quoniam ab istis cõposita reddunt illud quod fit ex.E.F.erit ipsius quoq; longitudo talium.2.29.30. proxime qualium est semidiameter excentrici.60.Quare semidiameter excentrici uigintupla & quadrupla proxime illius est/quæ est inter duo centra excentrici & obliqui. ¶ Rursum quoniam qualium.E.F. demonstrata est.2.29.30. talium etiam. F.X. linea erat.1.2.Iccirco qualium est.E.F.chorda.120. talium erit. F.X. linea.49.46. proxime/& super eam tensus arcus circuli qui circa.E.F.X.rectangulum describitur talium.49.proxime qualium circulus est.360.Quare angulus etiam.F.E.X. talium erit.49.qualium duo recti sunt.360.talium uero.24.30. qualium quatuor recti sunt.360.quoniam igitur in centro zodiaci est:erit etiam.B.I.arcus quo.Y.remotissimum a terra punctum æstiualis solstitii pũctum præcedit graduum.24.30. uerum quoniam.O.S.quarta pars & reliqua.S.N. graduum est utraq;. 90. est autem.G.autumnale etiam.O.L.arcus.2.10.&.T.N. similiter.M.S.uero graduũ.0.59. erit arcus quidem.L.M.graduum.86.51.arcus uero.M.T.88.49. sed.86.51. gradus sol æquali motu pertransit in diebus.88.8.gradus uero. 88. 49. in diebus.90.8.proxime:quare.G.D.quoq; arcum (qui est ab æquinoctio autumnali ad brumale solstitium) in diebus.88.8.pertrãsire uidebitur/arcum uero.D.A.qui ẽ ab hyemali solstitio ad æquinoctium uernum diebus.90.8.proxime.inuẽta igitur nobis sunt quæ proposuimus consona illis quæ ab hipparcho dicuntur. ¶ Per has igitur quãtitates considerabimus quanta est maxima æqualis motus ad inæqualem differentia/& quibus hæc punctis accidit.Fit igitur.A.B.G.circulus excentricus/cuius centrũ sit.D.& diameter per.A.remotissimum a terra punctum.A.D.G.in qua cẽtrum zodiaci sit.E.& deducat̃ ad.A.G.ꝓpendicularis.E.B.ꝓtrahaturq;.B.D.& qm̃ q̃lium est.B.D.cũ a centro sit.60.taliũ est.D.E.quæ inter cẽtra est.2.30. secũdũ uigẽtuplã quartãq; ꝓportionẽ:ideo q̃liũ est.D.B.chorda.120.taliũ erit. D.E.qdẽ linea.5.ꝓtiũ arcus uero ab.E.A.subtensus:taliũ.4.46.proxime q̃liũ ẽ.B.D.E.circa rectãgulũ circulus.360.quare angulus ẽt.D.E.B.quo maxima ĩæqualitatis differẽtia cõtinet:q̃liũ quidẽ duo recti sunt.360.taliũ erit.4.46.qualium uero quatuor recti sunt.360.taliũ.erit.2.23.Earundem uero est etiam.B.E.D.rectus angulus.90.æqualis autem





duobus hoc est angulus.B.D.A.92.23.& quoniam in centris sunt.B.D.A. quidem excentrici.B.E.D.autem zodiaci:habebimus maximam quidem inæqualitatis differentiam graduum.2.23.Arcuũ uero in quibus hæc fit excentrici quidem & æqualis motus graduum.92.23.a remotissimo a terra puncto.zodiaci autem & inæqualis apparentisq; motus arcuum quartæ unius:ut etiam antea demonstratũ est graduum.90.His demonstratis manifestum est q̃ in opposita portione apparens quidem medius transitus & maxima inæqualitatis differentia erit gradibus.270.æqualis autem qui in excentrico est.In gradibus.267.37. ¶ Verum etiam(ut diximus) easdem quantitates colligi in epicycli quoq; suppositione per numeros demonstremus/quando eædem:ut diximus:proportiones continetur.Sit.A.B.G.cõcentricus obliquo circulus cuius centrũ.D.& diameter.A.D.G.epicyclus autem sit.E.F.I. cuius centrum.A.& protrahantur a puncto.D.linea.D.F.B.tangens epicyclum & cõiungantur.A.F.sit igitur similiter in.A.D.F.orthogonio uigintupla & quadrupla A.D.linea ad lineam.A.F.quare qualium est.A.D.chorda.120.talium rursus.A.F. quidem fiet.5.partium/arcus uero suus.4.46.talium qualiũ ẽ circulus circa.F.D.A. descriptus.360.quareangulus quoq;.A.D.F.qualium duo recti quidem sunt.360. talium erit.4.46.qualiũ uero quatuor recti sunt.360.taliũ.2.23.maxima ergo inæq̃litatis differentia:hoc est arcus.A.B.hinc etiam concorditer graduum.2.23. inuenta est/arcus uero inæqualitatis qm̃ sub angulo.A.F.D.recto cõtinet/graduũ.90.æqualitatis aũt qui sub angulo.E.A.F.cõtinentur graduum rursus.92.23.



¶ De particularibus inæqualitatis solaris portionibus. Cap.V.

ERVM VT PARTICVLARES & inæquales motus possimus in singulis discernere in utraq; rursus suppositione demonstrabimus quomodo uno expositorũ arcuum dato reliquos capiemus.Sit igitur primũ.A.B.G.cõcentricus zodiaco circulus eius centrũ.D.excẽtricus aũt sit.E.F.I.Cuius centrũ.T.ꝑ utraq; uero cẽtra.T.D.diameter.E.A.T.D.I.G.ducatur & pũctũ.E.sit longitudo maxima:interceptoq; arcu.E.F.cõiungat.F.D.&.F.T.datusq; sit primũ arcus.E.F.sitq; uerbi gratia graduũ.30.&.I.protracta in longius.F.T.perpendicularis ad ipsam ex.D.puncto.D.C.deducatur/qm̃ igit arcus.E.F.30.graduũ esse supponitur/erit etiam angulus.E.T.F.hoc est.D.C.T.taliũ.30.qualiũ quatuor recti sunt.360.qualiũ uero duo recti sunt.360.taliũ.60.quare arcus etiã chordæ.D.C.taliũ erit.60.qualiũ circulus(qui circa.D.T.C.rectangulũ describit)est.360.Arcꝰ uero chordæ.T.C.reliquoꝝ ad semicirculũ.120.quare chordæ quoq; eis subtẽsæ.D.C.qui dẽ taliũ erit.60.qualiũ.T.D.chorda.120.E.T.uero.103.55.eorũdẽ: quare q̃liũ est.D.T.qdẽ linea.2.30.F.T.aũt quæ ẽ a cẽtro.60.taliũ etiã erit.D.C.qdẽ.i.15. T.C. uero.2.10.eorundẽ/tota uero.C.T.F.62.10.& qm̃ quæ ab ipsis sunt si cõponãt illud reddunt quod fit ex.F.D.erit etiã.F.D.chorda.62.11.proxime/quare qualiũ ẽ.F.D. 120.taliũ.D.C.qdẽ linea erit.2.25.arcus uero sup eã tẽsus.2.18.taliũ q̃liũ ẽ circulus q circa.F.D.C.rectangulum describitur.360. quare angulus quoq;.D.F.C. taliũ erit 2.18.qualiũ duo recti sunt.360.qualiũ uero quatuor recti sunt.360. taliũ. G.i.M.9. tanta ergo est inæqualitatis tũc differẽtia:erat aũt.E.T.F.Angulus.30. q̃re. A. D.B. reliquus angulus hoc ẽ zodiaci arcꝰ.A.B.g̃duũ erit.28.51. ¶ Q d̃ uero ẽt si aliꝰ qdẽ angulorꝝ dabit reliqui quoq; dabunt manifestũ erit si ꝑpẽdicularis.T.L.M.i eadẽ descriptiõe ex.T.ad.F.D.deducat.Nã siue.A.B.zodiaci arcũ hoc ẽ.A.D.B. angulũ datũ supposuerimꝰ:erit hac de causa ꝑportio quoq;.D.T.ad.T.L.data/ cũq; ẽt data sit ꝑportio.D.T.ad.T.F.dabit ẽt ꝑportio.F.T.ad.T.L.q̃ ꝑpter datos ẽt habebimꝰ Angulos.T.F.L.hoc est inæqualitatis differentiã.&.E.T.F.hoc est excẽtrici arcũ siue inæq̃litatis differẽtiã idest.T.F.D.angulũ datũ supposuerimꝰ accideret aũt ecõuerso nã id circo & ꝑportio.T.F.Ad.T.L.data erit/fuit aũt a pricipio.T.F.ad.T.D ꝑportio data/quare ꝑportio quoq;.D.T.ad.T.L.data erit/& hac de causa dãtur ẽt anguli.D.T.L.hoc est.A.B.zodiaci arcꝰ& E.T.F.idest E.F.excẽtrici arcꝰ. ¶ Sit rursus.A.B.G.circulus obliquo cõcẽtricus/eius cẽtrũ sit.D.& diameter.A.D.G. epicyclus autẽ in eadem ꝑportiõe.Sit.E.F.I.T.cuius centrum.A.& intercepto arcu.E.F.

coniungantur.F.B.D.&.F.A.ſupponatur autem arcum.E.F.30.eorundem graduũ
eſſe/ & deducatur. F.C.perpendicularis.A.B.F.ad lineam. A.E.quoniam igitur ar/
cus.E.F. graduũ eſt.30.erit etiam angulus.E.A.F.Talium.30.qualium quattuor re
cti ſunt.360.Qualium uero duo recti ſunt.360.Taliũ.60. Quare arcus etiam chor
dæ.C.F.Talium erit.60.qualium eſt.A.F.C.Circulus qui circa rectangulum deſcri/
bitur.360.A.C.uero arcus reliquorum ad ſemicirculum.120. Quare chordæ quoq;
ſuæ erunt.F.C.quidem talium.60.qualium eſt diameter.120.C.A. uero.103.55. eo/
rundem/quare qualium eſt.A.F.quidem chorda.2.30.A.D.autem quæ eſt a centro
60. Talium erit.F.C. quidem linea.115.C. A.E. uero .2.10. eorundem ſed tota . E.
A.D. 62.10. & quoniam ab ipſis ſunt/ſi componantur illud faciũt qd̃ fit ex.F.B.D.
erit etiam ipſa.F.B.D.Talium.62.11. qualium erat.F. C. I.15. Quare qualium eſt
chorda. D.F .120. Talium erit. F.C.quidem linea. 2.25. arcus uero ſuper eam ten/
ſus talium .2.18. qualium erit circulus qui circa. D.F.C.rectangulum deſcribitur
360. Quare angulus etiam.F.D.C.Taliũ quidem erit.2.18.qualium duo recti ſũt
360.qualium uero quattuor recti ſunt.360.talium.1.9.tanta igitur rurſus eſt in æq̃
litatis differentia erat aũt.E.A.F.etiam angulus eorũdem.30.erit igitur etiam reli/
quus.A.F.D.angulus hoc eſt apparens zodiaci arcus graduũ.28.51.quæ omnia de/
monſtratis quantitatibus excentricitatis concordant:ſimiliter autem hic quoq; ſi
alius dabitur angulus:reliqui etiam perpendiculari.A.L.ex.A.ad.D.F.in eadem de
ſcriptione deducta dabuntur/nã ſiue apparẽtem rurſus zodiaci arcum ideſt.A.F.D.
angulum dederimus:erit hac de cauſa proportio etiam.A.F.ad.A.L.data.Quomq;
proportio quoq; A.F.ad.A.D.a principio data ſit/dabitur etiam proportio.A.D.ad
A.L.quapropter & angulus.A.D.B.idem.A.B.differentiæ in æqualitatis arcus dabi
tur: &.E.A.F.ideſt epicycli arcus.E.F.ſiue inæqualitatis differentiã hoc eſt angulũ
A.D.B.datum ſuppoſuerimus / dabit̃ ꝓpterea ſimiliter econuerſo ꝓportio etiã. A.
D.ad.A.L.cunq; a principio ꝓportio.D.A.ad.A.F.data ſit/dabit̃ etiã ꝓportio. A.F.
ad.A.L. q̃propter angulus etiam.A.F.D.hoc eſt apparẽs zodiaci arcus/datus erit &
angulus.E.A.F.ideſt epicycli arcus.E.F.intercipiat̃. ¶ Rurſum in ꝓpoſita excẽtrici
circuli deſcriptione a puncto.I .minima excẽtrici lõgitudine arcus.I. F. qui.30.eo/
rundẽ graduũ eſſe ſupponatur/& cõiungãtur.D.F.B.&.F.T.& deducãtur.D.C.per/
pendiculares ex.D.ad lineã.T.F.& qm̃ arcus.F.I.graduũ eſt.30. erit etiam angulus
F.T.I.talium.30.qualiũ quatuor recti ſunt.360.qualiũ uero duo recti ſunt.360. ta
liũ .60.Quare arcꝰ ẽt chordæ.D.C.taliũ erit.60.qualiũ eſt circulus qui circa.D.T.C.
rectangulum deſcribitur.360.arcus uero chordæ.C.T. reliquorũ ad ſemicirculum
graduum.120.quapropter chordæ etiã quibus ſubtendũtur erunt.D.C. quidem ta/
lium.60.qualium eſt.D.T.diameter.120.C.T.uero.103.55. eorũdẽ/quare qualium
eſt.D.T.quidem chorda.2.30.T.F.autem que eſt a centro.60.talium eſt.D. C.qui/
dem linea.1.15.C.T.autem ſimiliter.2.10.C.F.uero reliquorũ.57.50. Quoniã ſi cõ/
ponantur quæ Ab ipſis ſunt/illud faciunt quod eſt.E. D.F.erit etiam ipſa taliũ.57.
51.proxime/qualium erat.D.1.15.quare qualium eſt.D.F.chorda.120.taliũ erit.D.C.
2.34.36. arcus uero ſuper eam tenſus talium.2.27.qualium eſt.D.F.C. circulus qui
circa rectangulum deſcribitur.360.Quare.D.F.C.quoq; angulus talium erit.2.27.
qualium duo recti.360.qualiũ uero quatuor recti.360. talium.1.14. proxime/tan/
ta igitur eſt inæqualitatis differentia & qm̃ angulus.F.T.I. talium etiã ſuppoſitus
eſt.30.erit totus quoq; angulus.B.D.G.ideſt.B.G.zodiaci arcus graduũ.31.14. per
eadem uero hic quoq;.B.D.linea in longius tracta &.T.L. perpendiculari ad ipſũ
deducta ſiue.G.B.zodiaci arcus hoc eſt.T.D.L.augulum dederimus/dabitur etiã
hac de cauſa proportio.T.D.ad.T. L.cunq; ꝓportio.Quoq; ipſius.T. D.ad. T. F.
in principio data ſit/dabitur etiã proportio.F.T.ad.T.L.Quapropter & angulus.T
F.D.ideſt inæqualitatis differentiam &.F.T.D.hoc eſt.I.F.excentrici arcum datos
habebimus/Siue inæqualitatis differentiam / hoc eſt angulum .F. D. dederimus:
dabitur etiam hac de cauſa ecõuerſo ꝓportio.F.T.ad.T.L.cũq; a principio ꝓportio
quoq;.F.T.ad.T.D.data ſit/dabit̃ ẽt ꝓportio. D.T.ad.T.L. q̃re tã angulũ.T.D.L.
hoc eſt.G.B.zodiaci arcum q̃ angulum.F.T.I.hoc eſt.I.F.excentrici arcum datos
habebimus. ¶ Similiter ĩ ꝓpoſita ex epicycli atq; cõcentrici deſcriptiõe intercepto







ex.T. minima lõgitudine arcu.T.I.eorũdẽ graduũ.30.& cõiunctis.I.A.&.D.I.B. lineis ppendicularis.I.C.ad.A.D.lineã deducatur/qm igitur rursus.T.I.arcus gra/duũ est.30.erit.T.A.I.angulus taliũ.30.qualiũ q̃tuor recti sunt.360.Qualiũ uero duo recti sunt.360.Taliũ.60.quare arcus etiam corde.I.C.Talium erit.60.qualiũ est circulus q circa.I.C.A.rectãgulũ describit.360.arcus uero chordæ.A.C.reliquor ad semi circulũ.120.quare chordæ quoq; quibus subtendunt.I.C.quidẽ talium erit 60.qualiũ.E.A.I.chorda.120.A.C.uero.103.55.eorũdẽ quare qualiũ.A.I.quidem linea est.2.30.A.D.uero cũ sit a centro.60.Taliũ erit.I.C.quidem.1.15.A.C.autem silr.2.10.&.C.D.57.50.reliquor/& qm ab ipsius cõposita sunt.I.D.reddunt quod fit ex.D.I.erit hæc etiam longitudinis Taliũ.57.51.pxime qualium.C.I.linea erat 115.quare taliũ.D.I.chorda ẽ.120.Talium.I.C.quidem linea erit.2.34.36.&.arcus super eam tensus talium.2.27.qualium est circulus qui circa.D.I.C.Triangulum describitur.360.quare angulus quoq;.I.D.C.qualium quidẽ duo recti sunt.360. talium est.2.27.qualium uero quatuor recti sunt.360. talium.1.14.proxime/ Tot ergo etiam hic.A.B.arcus idest inæqualitatis differentia continetur:& quoniã an/gulum.C.A.I.30.eorundem esse supposuimus:erit totus angulus.B.I.A.(quo ap parens zodiaci arcus cõtinetur)graduum.31.14.quæ omnia quantitatibus excentri/ci ad unguem concordant/per eadem hic quoq;.A.L.perpendiculari ad.D.B. lineam deducta siue obliqui arcum idest.A.I.L.angulum dederimus:dabitur etiã hac de causa proportio.I.A.lineæ ad.A.L.cũq; a principio.I.A.quoq; ad.A.D.pro/portio data sit/dabitur etiam.D.A.proportio ad.A.L.&.iccirco angulos etiã.A.D. B.hoc est.A.B.inæqualitatis differentiæ arcum &.T.I.epicycli arcum datos habe/bimus:siue rursum.A.B.inæqualitatis differentiæ arcum idest.A.D.B.angulum dederimus:Dabitur similiter hac de causa ecõuerso proportio.D.A.ad.D.L.cũq; a principio pportio quoq;.D.A.ad.A.I.data sit/dabit etiã proportio.A.I.ad.A.L.& iccirco tam angulum.A.I.L.hoc est zodiaci arcum q̃.T.I.A.idest.T.I.arcum epicycli datos habebimus.& sic demonstrata nobis sunt quæ proposuimus.

¶ De tabularum differentiæ inæqualitatis solaris compositione. Ca.VI.

VM IGITVR uaria multiplexq; tabulæ illarũ proportionũ quibus in/æqualitatis distinctiones apparentium motuũ cõtinentur per hæc theo remata compositio possit fieri:ut quãtitates particularium æquationũ facile capiantur/ille modus magis nobis comprobatur:quo ad singulos motus æqualis arcus differentiæ inæqualitatis accomodantur/tum quoniã conse/quenter ad supposita fit:tum quoniam simplex & facilis intellectu singulorum cal culus redditur:quare prima & per numeros exposita theoremata sicuti singularum proportionum singulas inæqualitatis differentias/quæ singulis arcub9 mot9 æqua lis distribuuntur per lineas simili demonstratione computauimus:partiti autem su mus tam in ☉ q̃ uniuersaliter in aliis quartas/quæ sunt ad maximam longitudi/nem in.15.portiones:ut per sex gradus in eis additio subtractioue differentiæ fiat: Quartas uero quæ sunt ad minimam longitudinem in proportione.30.ut per tres gradus additio subtractioue differentiæ fiat maior enim est excessus differentiarum quæ ad minimam fiunt q̃ excessus earum quæ ad maximam longitudinem penes inæqualitatem portionibus æquis accomodantur.

¶ De positione tabularum motus ☉ diuersi. Cap.VII.

ECIMVS igit solaris inæqualitatis tabulã uersuũ quidẽ rursus.45.or dinum uero trium:quorũ primi duo numerũ.360.graduũ mot9 æqlis continet:ita ut.15.primi uersus duas ad maximam longitudinem quar tas contineant:reliqui uero.30.reliquas quæ sunt ad minimam longi tudinem. ¶ Tertius autem ordo partes siue gradus &.M. differentiæ inæqualita/tis qui singulis æqualis motus numeris conueniunt addendos subtrahendosue cõ tinet:est autem tabula ipsa huiusmodi.

Tabula iæq̃litatis solaris ☉

Numeri cõmunes		Additio ſbtractio	
ptes	ptes	ptes	M.
6	354	0	14
12	348	0	28
18	342	0	42
24	336	0	56
30	330	1	9
36	324	1	21
42	318	1	32
48	312	1	43
54	306	1	53
60	300	2	1
66	294	2	8
72	288	2	14
78	282	2	18
84	276	2	21
90	270	2	23
93	267	2	23
96	264	2	23
99	261	2	22
102	258	2	21
105	255	2	20
108	252	2	18
111	249	2	16
114	246	2	13
117	243	2	10
120	240	2	6
123	237	2	2
226	234	1	58
129	231	1	54
132	228	1	49
135	225	1	44
138	222	1	39
141	219	1	33
144	216	1	27
147	213	1	21
150	210	1	14
153	207	1	7
156	204	1	0
159	201	0	53
162	198	0	46
165	195	0	39
168	192	0	32
171	189	0	24
174	186	0	16
177	183	0	8
180	180	0	0

¶ Longioris seu maximæ longitudinis quartæ duæ. ¶ Propioris seu minimæ longitudinis quartæ duæ.

¶ De inueniendo loco medii motus ☉ Caꝑ. VIII.

¶ Nabucodonasar seu Nabonasar



QVM AVTEM reſtet ut æqualis motus ſolaris loca ad quotidianos progreſſus cõſtituamus/id quoq; ita fecimus ut uniuerſaliter rurſus tam in ☉ q̃ in aliis eos motus æquamus. qui nobis exactiſſime obſeruati ſunt/ & ab iſtis per medios motus iam demonſtratos ad initium regni Nabonaſſaris ex quo tempore priſcas habemus obſeruationes continue ad hoc uſq; tempus conſeruatas locorum radices reducamus. ¶ Sit igitur. A. B. G. concentricus obliquo circulus/cuius centrum. D. excentricus autem ſolis ſit circulus. E. F. I. cuius cẽtrum. T. diameter uero (per utraq; centra/& E. maximam longitudinem) ſit. E. A. I. G. & ſupponatur ♋. B. ſit autumnale zodiacipunctum: & coniungantur. B. F. D. & F. T. perpendicularis etiam. D. C. ex. T. puncto ad. F. D. protractam lineam deducatur/quoniam igitur. B. autumnale punctum libræ principium eſt. G. uero minima lõgitudo in. 5. 30. gradibus ſagittarii eſt/erit arcus. B. G. graduum. 65. 30. quare. B. D. G hoc eſt. T. D. C. angulus qualium quidem quatuor recti ſunt. 360. talium eſt. 65. 30. qualium uero duo recti ſunt. 360. talium. 131. Quare arcus etiã per. T. C. lineam tẽtus talium eſt. 131. qualium eſt circulus qui circa rectangulũ. D. T. C. deſcribitur. 360. chorda uero. T. C. q̃ tenditur taliũ. 109. 12. qualiũ eſt diameter. D. T. 120. Quare qualium. D. T. quidem linea eſt. 5. partes. F. T. autem chorda. 120. taliũ etiam erit. T. C. 4. 33. & arcus per eam tenſus talium. 4. 20. qualium eſt circulus circa. F. T. C. rectangulum circumſcriptus. 360. quare angulus etiam. T. F. C. qualium quidem duo recti ſunt. 360. talium eſt. 4. 20. qualium uero quatuor recti. 360. talium. 2. 10. Erat aũt angulus quoq; B. D. G. 65. 30. eorũdem Quare reliquus etiam angulus. F. T. I. hoc eſt. F. I. excentrici arcus graduum eſt. 63. 20. Quando ergo ☉ in autumnali æquinoctio eſt/tunc minimam lõgitudinem ideſt. 5. 30. gradus ſagittarii medio motu motus. 63. 20. gradibus antecedit. A. maxima uero longitudine ideſt ex. 5. 30. geminorũ gradibus ad ſucceſſionem ſignorũ medio ſimiliter motu. 116. 40. gradibus diſtat. ¶ His ita demõſtratis qm̃ de obſeruatis primo æquinoctiis unum exquiſitiſſime inter alia in autumno cæpimus in ãno Domitiani. 17. mẽſis athir ſecundũ ægiptios die ſeptima poſt meridiem duabus proxime horis æqualibus: Patet quia ☉ illo tẽpore medio motu diſtabat a maxima longitudine in excentrico ad ſequentia gradibus. 116. 40. ſed a regno Nabonaſſaris uſq; ad Alexandri mortẽ colliguntur anni. 424. A. morte autem Alexandri. Vſq; ad regnum Auguſti. 294. & a primo auguſti anno primaq; die in thoth ægiptio menſe & meridie (dies enim a meridie inciperе uolumus) ad. 17. Adriani annum ſeptimo die athir duabus poſt meridiẽ horis æqualibus anni ſunt. 161. dies. 66. & hore. 2. æquales/Quare a primo Nabonaſſaris anno primaq; meridie thoth menſis ſecundũ ægyptios uſq; ad expoſitũ nobis æquoctium autumnalæ colligentur anni. 879. & dies. 66. & æquales hore. 2. Sed in tanto tempore ☉ in die (integris reuolutionibus reiectis). 211. 25. proxime gradibus mouetur/Si ergo gradibus diſtantiæ a maxima excentrici longitudine. 116. 40. quæ diſtantia fuit in expoſito nobis æquinoctio. 360. unius circuli gradus addiderimus & a tota ſumma. 211. 25. gradus ſubtraxerimus/habebimus in primo anno Nabonaſſaris thoth ſecundum ægyptios die primo in meridie ſolem a maxima longitudine ad ſequentia ſecundum æqualem motum diſtare gradibus. 265. M. 15. Tunc utiq; ☉ retinebit. 45. ſexageſimas primi piſcium gradus.

uel Adriani

	G.	M.	
☉	0.	45	♓

¶ De motus ſolaris computatione. Caꝑ. IX.

VEMADMODVM igitur in luna (tribus eclypsibus captis lunaribus) & locos & tẽpora & ad hæc proportionẽ inæqualitatis & maximæ lõgitudinis locũ per lineã demõstrauimus. Eodẽ modo hic etiã triũ ad mediũ solis motũ oppositũ ĩ singulis harũ stellarũ captis & locos (q̃ exactissime fieri potest) ꝑ Astrolabica instrumẽta obseruauimus, & a solis motibus qui fuerũt in obseruationibus, tam tẽpus q̃ locũ distãtiæ subtilius computauimus: & ab istis tum ꝓportionẽ excẽtricitatis tum maximã lõgitudinẽ demõstrauimus. ¶ Primũ igitur in Marte tres cæpimus obseruationes, quarũ primã quintodecimo anno Adriani obseruauimus Tybi ſm ægyptios die. 26. sequẽte. 27. post mediã noctẽ una æquali hora, & erat in grad. Geminorũ. 21. ¶ Alteram anno Adriani. 19. Pharmuthi ſm ægyptios die. 6. sequẽte. 7. ante mediã noctẽ horis tribus. Et erat in gradibus leonis. 28. 50. ¶ Tertiã anno in Antonini secundo Epiphi ſm ægyptios die. 12. sequẽte 13. ante mediam noctẽ duabus æqualibus horis: & erat in gradibus Sagittarii. 2. 34. ¶ Tẽpora igitur distãtiarũ a prima qdẽ ad alterã obseruationem quatuor ægyptiacos ãnos, & dies. 69. & horas æquales. 20. cõtinẽt. ¶ A secũda uero ad tertiã annos similiter. 4. dies. 96. & horã æqualẽ unã. ¶ Colliguntur igitur ex tẽpore primæ distãtiæ (post integros circulos) gradus lõgitudinis. 81. 44. ¶ Ex secũdæ uero gradus. 95. 28. Nulla enim differẽtia erit de qua curãdũ sit si a periodicis restitutionibus uniuersalius expositis in tãto tẽpore medios motus cõputamus. Patet etiã q̃ in prima qdẽ distãtia mota est apparens stella. 67. 50. gradus post integros circulos. In secunda uero. 93. 44. ¶ Designẽtur igitur tres circuli æquales in zodiaci superficie, de quibus ille a quo centrũ epicicli Martis defertur. Sit. A. B. G. Cuius cẽtrum. D. Excẽtricus autẽ æqualis motus sit. E. F. I. cuius centrũ. T. Zodiaco uero concẽtricus sit. C. L. M. cuius cẽtrum. N. Diameter uero quæ per omnia trãsit centra sit. X. O. P. R. ¶ Supponatur autẽ. A. qdẽ pũctũ esse. Vbi cẽtrũ epicycli erat in prima oppositione. B. autẽ ubi erat in secunda. C. uero ubi in tertia & cõiungãtur. T. A. E. & T. B. F. & T. I. C. & N. C. A. & N. L. B. & N. C. M. lineæ, ut excẽtrici arcus. E. F. 81. 44. primæ periodicæ distantiæ graduũ sit. Arcus uero. F. I. 95. 28. graduũ secũdæ. & rursus. C. L. zodiaci arcus 67. 50. apparentis primæ distantiæ graduum sit & L. M. similiter arcus. 93. 44. secũdæ distantiæ graduum. ¶ Si ergo arcus excentrici. E. F. & F. I. subtenderentur duobus arcubus zodiaci. C. L. & L. M. nihil aliud ad demonstrationem excentricitatis q̃reremus. Verũ quoniã ipsi medii excentrici arcus. A. B. & B. G. nõ datos subtẽdũt. ¶ Et si coniunxerimus. N. S. E. & N. H. F. & N. I. Y. Rursum excentrici arcus. E. F. & F. I. subtenduntur ab arcubus zodiaci. S. H. & H. Y. nec ipsis etiam datis opus erit ut antea. C. S. & I. H. & M. Y. uarii arcus seu uariæ sectiões dent, ut ab arcubꝰ cõiugatis. E. F. I. & S. H. Y. ꝓportio excẽtricitatis exq̃site demõstretur. ¶ Verũ quoniã (antea q̃ excẽtricitatis & maximæ lõgitudinis proportio habeatur) exquisite istos capere possibile nõ est: dariq; proxime possunt etiã si non exquisite illi præsupponantur, propterea quod differẽtiæ ipsorꝫ nõ magnæ sunt, cõputationẽ prius faciemus, tanq̃ si nulla differẽtia (de qua curãdum sit). S. H. & H. Y. Arcus differant, ab arcubus. C. L. & L. M. ¶ Sit enim. A. B. G. circulus excentricus æqualis motus Martis: & suppona tur. A. punctum primæ oppositionis esse. B. secundæ. G. aũt tertiæ: & capiat (intra excẽtricũ). D. zodiaci centrũ. In quo uisus noster sit, & cõiũgãtur semper a tribus oppositionũ pũctis lineæ ad uisum. Sicut modo. A. D. & B. D. & C. D. lineæ ꝓducãtur q; una cõiunctarũ trium linearũ ad oppositũ excẽtrici arcum, ut hic linea. G. D. E. Reliqua uero (duo pũcta oppositionũ) linea quædã coniungat ut hic linea. A. B. deinde ad excentrici sectionẽ factam per eductã lineam in puncto. E. cõiũgantur ad reliqua duo puncta oppositionũ lineæ, ut hic. A. E. & E. B. deducanturq; ad lineas quæ sunt a dictis duobus pũctis ad zodiaci centrũ perpendiculares ut hic in lineã. A. D. perpẽdicularis. E. F. & ad lineã. B. D. perpendicularis. E. I. Ad hæc ab unoduum dictorum punctorũ ad lineã (quæ est ab altero ipsorum ad pũctum excentrici) postremo factã

perpendicularis ducatur/ut hic a puncto.A.in lineam.B.E.perpẽdicularis.A.T.Hæc si semper in hac descriptione(sicuti placuerit)seruabimus easdem in numeris proportiones inueniemus. ¶ Reliqua uero demõstratio a propositis in Marte arcubus hoc modo aperietur:nam quoniam excẽtrici arcus.B.G.93.44.zodiaci gradus subtendere supponitur. Erit profecto angulus.B.D.G.qui fit in centro zodiaci talium 187.28.qualium quatuor recti sunt.360.Angulus uero.E.D.I.qui deinceps est.172.32.earũdem.Quare arcus etiam chordæ.E.I.talium erit.172.32.qualium est circulus qui rectangulo.D.E.I.circũscribitur.360.ipsa uero.E.I.linea talium.119.45.qualium est.D.E.qua rectus angulus subtenditur.120.Similiter quoniam.B.G.arcus.95.28.graduum est.Erit etiam angulus.B.E.G.qui est in circũferentia talium.95.28.qualium duo recti sunt.360.erat autem etiam.B.D.E.angulus.172.32.earũdem.Reliquus igitur etiam earũdem erit.92.Quare arcus quoq; chordæ.E.I.taliũ est.92.qualium est circulus qui rectangulo.B.E.I.circũscribitur.360.ipsa uero linea.E.I.taliũ 86.16.qualium est.E.B.qua rectus angulus subtẽditur.120.qualium ergo.E.I.linea demonstrata est.119.45.&.E.D.120.talium etiam.B.E.erit.166.29. ¶ Rursus quoniam arcus excentrici totus.A.B.G.collectos zodiaci gradus.161.34.utrarũq; distantiarum subtendere supponitur:erit angulus quoq;.A.D.G.talium.161.34.qualiũ quatuor recti sunt.360.reliquus uero.A.D.E.18.26.earundem/qualium uero duo recti sunt.360.talium.36.52.quare arcus etiam chordæ.E.F.taliũ.36.52.qualium est circulus qui rectangulo.D.E.F.circũscribitur.360.linea uero.E.F.talium.37.57.qualium est.D.E.qua rectus angulus subtenditur.120. ¶ Similiter quoniam arcus excentrici.A.B.G.177.12.graduum colligitur:erit angulus quoq;.A.E.G.talium.177.12.qualium duo recti sunt.360.erat autem etiam angulus.A.D.E.36.52.earũdem.erit ergo reliquus etiam.D.A.E.145.56.earũdem/quare arcus.D.E.F.talium est.145.56.qualium est circulus:qui rectangulo.A.E.F.circũscribitur.360.linea uero.E.F.taliũ 114.44.qualium est.A.E.qua rectus angulus subtenditur.120.qualium igitur demõstrata est linea.E.F.37.57.&.E.D.120.talium.A.E.linea etiam erit.39.42. ¶ Rursus quoniam arcus excentrici.A.B.81.44.graduum est.erit angulus quoq;.A.E.B.talium.81.44.qualium duo recti sunt.360.quare arcus etiam chordæ.A.T.talium est 81.44.qualium est circulus qui rectangulo.A.E.T.circũscribitur.360.Arcus autem lineæ.E.T.98.16.reliquarum ad semicirculum.Chordæ igitur etiam suæ.A.T.qui/dem talium erit.78.31.qualium ẽ.A.E.qua rectus angulus subtenditur.120.E.T.autem.90.45.earũdem/qualium igitur.A.E.linea demonstrata est.39.42.&.D.E.120.esse supponitur.Talium etiam.T.A.erit.25.58.E.T.uero.30.2.similiter erat autem etiam tota.E.B.linea.166.29.earũdem/demonstrata erit igitur reliqua etiam.T.B.talium.136.27.qualium.T.A.25.58. ¶ Sed quadratum linee.T.B.est.18618.36.Quadratum autem lineæ.T.A.674.16.Hæc simul composita faciunt quadratum lineæ A.B.19292.52.erit igitur.A.B.linea talium per lõgitudinem.138.53.qualium erat.E.D.120.&.A.E.39.42.est autem.A.B.linea talium.78.32.qualium excentrici diameter est.120.subtendit enim arcum graduum.81.44.qualium ergo est.A.B.linea.78.31.& diameter excentrici.120.talium erit.E.D.67.50.&.A.E.22.44.quare arcus etiã excentrici suus graduum est.21.41.Totus autem.E.A.B.G.arcus.198.53.graduum ẽ/reliquus igitur etiam.G.E.graduum est.161.7.& chorda sua.G.D.E.118.22.taliũ qualium est diameter excentrici.120.Si ergo linea.G.E.diametro excẽtrici æqualis esset inuenta/patet ꝙ in ipsa centrũ excentrici esset.& inde proportio excentricitatis aperte haberetur. ¶ Quoniam uero æqualis non est:est autem etiã.E.A.B.G.portio maior semicirculo/perspicuum est quia in ea centrum excentrici erit:supponatur igitur in puncto.C.& ducatur per ipsam & per punctum.D.diameter.L.C.D.M.quæ est p utraq; cẽtra/protrahaturq; a puncto.C.ad lineam.G.E.perpẽdicularis.C.N.X. Quoniam ergo linea.E.G.talium demõstrata est.118.22.qualium est.L.M.diameter.120.erat autem etiam.D.E.linea.67.50.earũdem:erit etiam reliqua.D.G.50.32.earũdẽ. Quare quoniam rectangulum quod a lineis.E.D.&.D.G.constituitur æquale illi est quod constituitur ex lineis.L.D.&.D.M.3427.51. Sed rectangulum quod sub.L.D.&.D.M.continetur cum quadrato lineæ.D.C.facit quadratum medietatis totius hoc est quadratum lineæ.L.C. ¶ Si ergo a quadrato.L.C.hoc est a.3600.sub/

In græco aũt codice sic.



	18618	36
Adde	674	16
	19292	52



In uolumine græco ſic







traxerimus rectangulũ linearũ.L.D.&.D.M.hoc eſt.3427.51.reliquetur nobis qua/
dratum lineæ.D.C.172.9.earũdem/habebimus ergo.D.C.lineã/quæ eſt inter centra
talium per lõgitudinẽ.13.7.proxime qualium eſt.C.L.ſemidiameter excẽtrici.60.
¶ Rurſus quoniã medietas lineæ.C.E.hoc eſt linea.C.N.59.11.taliũ/eſt qualiũ. L.
M.diameter.120.eſt autẽ.C.D.quoq; linea.50.32.earũdẽ demõſtrata erit reliqua. D.
N.talium.8.39.qualiũ.D.C.inuẽta eſt.13.7.qualium igitur eſt.D.C. quæ rectũ an/
gulũ ſubtẽdit.120.taliũ etiã erit.D.N.79.8.arcus uero ſuus talium.82.30.qualiũ eſt
circulus qui rectãgulo.D.C.N.circũſcribitur.360.Angulus igitur etiam.D.C.N.ta/
liũ eſt.82.30.qualiũ duo recti ſunt.360.qualiũ uero quatuor recti ſunt.360.taliũ.41.
15.& qm̃ in cẽtro excẽtrici eſt/habebimus arcũ etiam.M.X.graduũ.41.15.eſt autẽ to/
tus quoq; arcus.C.M.X.80.34.cũ ſit medietas arcus.C.X.E.reliqu9 g̃ arc9.C.M.q ẽ
a tertia oppoſitione ad minimam lõgitudinẽ graduũ ẽ.39.19.patet autem cum.B.
G.arcus.95.28.graduũ ſupponatur q̃ reliquus quoq;.L.B.qui eſt a maxima longitu
dine ad ſecũdam oppoſitionem graduum erit.45.13.Sed cum etiam.A.B.arcus.81.
44.graduũ ſupponatur erit reliquus quoq;.A.L.qui eſt a prima oppoſitione ad ma
ximam lõgitudinem gra.36.31.¶ His igitur ſuppoſitis cõſideremus iam collectas
ab iſtis quæſitorum i oppoſitione zodiaci arcuum differẽtias hoc modo. Deſcribat
ex figura triũ oppoſitionũ ſolius primæ oppoſitionis deſcriptio & cõiũcta linea.A.
D.deducãtur a pũctis.D.&.N.ad.A.T.lineã protractã.D. N.&.N.Q. perpẽdicula
res.qm̃ igitur arcus.X.E.36.31.graduũ eſt:erit etiam angulus.E.T.X. talium quidẽ
36.31.qualiũ quatuor recti ſunt.360.qualiũ uero duo recti ſunt.360. taliũ etiã ipſe
& oppoſitus ei.D.T.N.73.2.quare arcus etiam.D.M.taliũ erit.73.2.qualiũ eſt circu
lus qui rectangulo.D.T.V.circũſcribitur.360.Arcus uero. V. T. 106.58. ad ſemicir
culũ reliquorũ.Chordæ igitur quoq; ſuæ.D.V.quidẽ taliũ eſt.71.23.qualium eſt.D.
T.qua rectus angulus ſubtẽditur.120.V.T.autẽ.96.27.earũdẽ.quare qualium eſt.D.
T.linea.6.33.30.&.D.A.ſimiliter excentrici.60.taliũ etiã erit.D. V.3.54.&.V.T.5.
16.& qm̃ quadratum lineæ.D.V.ſubtractum a quadrato lineæ.D.A.facit quadratũ
lineæ.V.A.erit etiam.A.V.linea.59.52.per lõgitudinẽ tota uero linea. Q.A.quoniã
æqualis eſt.Q.V.linea lineæ.V.T.talium.65.8.qualium.N. Q. quæ dupla eſt. ad
D.V.colligitur.7.48.Iccirco etiã.N.A.qua rectus angulus ſubtenditur erit.65.36.
quare qualium eſt.N.A.120.talium.N.Q.erit.14.16.& arcus ſuus talium.13.40.q̃li
um eſt circulus qui rectangulo.A.N.Q.circũſcribitur.360. Angulus igitur etiã. N.
A.Q.talium eſt.13.40.qualium duo recti ſunt.360. ¶ Rurſus qm̃ qualiũ eſt.T.E.
ſemidiameter excentrici.60.taliũ etiã.Q.N.demonſtrata eſt.7.48.&.Q.T.ſimili/
ter.10.32.erit etiã tota linea.Q.T.E.70.32.& propterea etiã.N.E.qua rectus angu/
lus ſubtẽditur .71. proxime.qualiũ igitur eſt.N.E.linea.120.talium.Q.N.quoq; erit
13.10.& arcus ſuus talium.12.36.qualium eſt circulus qui rectangulo.E.N. Q.
circũſcribitur.360.quare angulus etiã.N.E.Q.talium eſt.12.36.qualiũ duo re/
cti ſunt.360.erat aũt earũdẽ angulus quoq;.N.A. Q.13.40.quare reliquus ẽt
A.N.E.angulus taliũ q dẽ eſt.1.4.qualiũ duo recti ſunt.360.qualiũ uero quatu
or recti ſũt.360.taliũ.0.32.totidẽ igit̃ zodiaci quoq; arcus.C.S.cõtinet. ¶ De/
ſcribat̃ rurſus ſimilis figura quæ ſecũdæ oppoſitiõis deſcriptionẽ cõtineat.qm̃
igit̃.X.F.45.13.graduũ ſupponit̃/ẽt erit angulus.X.T.F.taliũ quidẽ.45.13. q̃li
um quatuor recti ſunt.360.qualiũ uero duo recti ſunt.360.taliũ & ipſe:& qui
ſibi opponit̃.D.T.V.angulus.90.26.quare arcus ẽt.D.V.lineæ taliũ eſt.90.26.
qualiũ ẽ circulus q.D.T.V.rectãgulo circũſcribit̃.360.Arcus uero.V.T.89.34.
ad ſemicirculũ reliquor̃.Chordæ igit̃ ẽt ſuæ. D.N.qdẽ taliũ eſt.85.10. qualiũ
eſt.D.T.qua rectus angulus ſubtendit̃.120.linea uero.V.T.84.32. earũdẽ/ ergo
q̃liũ eſt.D.T.linea.6.33.30.&.D.B.ſemidiameter excẽtrici. 60. taliũ etiã erit
linea.D.V.4.39.&.V.T.4.38.Similiter & qm̃ ſi quadratũ lineæ.D.V.ſubtra/
hatur a quadrato lineæ.D.B.facit quadratũ lineæ.B.V.erit ẽt linea.B.V.59.49
per longitudinẽ.Tota uero.Q.B.quoniã.V.Q.linea æqualis eſt lineæ.V.T.
taliũ eſt.64.27.qualium.N.Q.quæ dupla eſt ad.D.V.colligitur.9.18. Iccirco
etiam.N.B.quæ rectũ angulũ ſubtendit.69.6.earũdem erit/quare qualium eſt
N.B.120.taliũ erit.N.Q.17.9.& Arcus ſuus talium.16.26.qualium eſt circulus

qui.B.N.Q.rectangulo circũſcribitur.360.ergo etiã angulus.N.B.Q.talium eſt 16.26.qualium duo recti ſunt.360.¶ Rurſus quoniam qualium eſt.F.T.ſemidiameter excentrici.60.talium.N.Q.quoq; linea demõſtrata eſt.9.18.&.Q.T.ſimiliter.9.16.erit tota linea.Q.T.F.69.16.earũdẽ/& propterea linea quoq;.N.F.quæ rectum angulum ſubtendit.69.52.quare qualium eſt.N.F.qua rectus angulus ſubtẽditur.120.talium erit.N.Q.linea.16.proxime/& arcus ſuus talium.15.20.qualium ẽ circulus qui.F.N.Q.rectangulo circũſcribitur.360.Erit igitur etiam angulus.N.F.Q.talium.15.20.qualiũ duo recti ſunt.360.Erat autem etiam angulus.N.B.Q.16.26.& reliquus ergo.B.N.F.1.6.earundem eſt.Qualiũ uero quatuor recti ſunt.360.talium.0.33.totidem ergo eſt etiam arcus zodiaci.L.C.¶ Quoniam igitur in prima oppoſitione arcus.C.S.0.32.inuentus eſt patet quoniã utrorũq; ſimul arcuum portionibus.1.5.maior erit prima diſtantia quæ ad excentricũ conſideratur q̃ apparens:& cõtinebit gradus.68.55.¶ Deſignetur ẽt tertiæ oppoſitiõis deſcriptio quoniam ergo arcus.P.I.39.19.graduũ ſupponitur/Erit etiã angulus.P.T.I.talium quidem.39.19.qualiũ quatuor recti ſunt.360.qualiũ uero duo recti ſunt.360.taliũ.78.38.quare arcus quoq;.D.V.taliũ erit.78.38.qualiũ eſt circulus q.D.T.V.rectangulo circũſcribitur.360.Arcus uero.T.V.reliquorũ ad ſemicirculũ.101.22.chordæ igit̃ etiã ſuæ.D.V.quidem taliũ eſt.76.2.qualiũ.D.T.qua rectus angulus ſubtenditur.120.& T.V.linea.92.50.earũdẽ quare qualiũ eſt linea.D.T.quæ ĩter cẽtra eſt.6.33.30.&.D.G.ſemidiameter excentrici.60.taliũ.D.V.quoq; linea erit.4.9.&.V.T.5.4.ſimiliter/& quoniã ſi quadratũ linæ.D.V.ſubtrahat̃ a q̃drato lineæ.G.D.facit quadratũ G.V.erit etiã linea.G.V.59.51.Reliqua uero linea.G.Q.(qm̃ eq̃lis eſt.T.V.linea/lineæ.V.Q.)Taliũ.54.47.qualiũ.N.Q.quæ dupla eſt ad lineã.D.V.colligitur.8.18 Iccirco etiã.N.G.q̃ rectũ angulũ ſubtẽdit.55.25.earũdẽ eſt qualiũ igit̃ eſt.N.G.120.taliũ erit.N.Q.17.59.& arcus ſuus taliũ.17.14.qualiũ eſt circulus q rectãgulo.G.N.Q.circũſcribit̃.360.q̃re angulus quoq;.N.G.Q.taliũ eſt.17.14.qualium duo recti ſunt.360.¶ Rurſus qm̃ qualiũ eſt.T.I.ſemidiameter excẽtrici.60.taliũ etiam.N.Q.linea demõſtrata eſt.8.18.&.T.Q.Similiter.10.8.erit etiã reliq̃.Q.I.49.52.earũdẽ.Iccirco linea quoq;.N.I.q̃ rectũ angulũ ſubtẽdit.50.33.quare qualiũ eſt ipſa.N.I.q̃ rectus angulus ſubtẽdit̃.120.taliũ etit.N.Q.linea.19.42.& arcus ſu9 taliũ18.54.q̃liũ ẽ circulus q rectãgulo.I.N.Q.circũſcribit̃.360.Ergo ẽt ãgulus.N.I.Q.taliũ ẽ 19.54.q̃liũ duo recti ſũt.360.Sed ãgulus ẽt.N.G.Q.17.14.earũdẽ demõſtrat9 ẽ:reliquus igit̃.N.G.I.1.40.earũdẽ ẽ/q̃liũ uero q̃tuor recti ſunt.360.talium.0.50.totidẽ ergo eſt.M.Y.arcus zodiaci.¶ Quoniam igitur in ſecũda etiam oppoſitione.L.G.arcus.0.33.inuentus fuit:patet quia utrorumq; ſimul arcuum portionibus.1.23.minor erit prima diſtantia quæ ad excentricum conſideratur quam apparens:& continebit gradus.92.21.¶ Secundum hos ergo duarum diſtantiarum zodiaci arcus nobis collectos:& eos qui rurſus natura ſecundum excentricum ſuppoſiti fuerant/præmiſſa theoremata ſecuti:quibus maxima longitudo:& excentricitatis proportio demonſtrata nobis eſt inuenimus(ne repetẽtibus longior nobis doctrina fiat)lineam D.C.quæ eſt inter centra talium eſſe.11.50.qualium ſemidiameter excentrici.60.G.M.autem arcuum excentrici qui eſt a tertia oppoſitionæ ad minimam longitudinem graduum.45.33.unde rurſus arcus etiam.L.B.38.59.Graduum colligit̃.Arcus autem.A.L.42.45.Similiter hæc in demonſtrationibus ſigularum oppoſitionum ſicuti quæſitorum magnitudines arcuum exacte in ſingulis ĩuenimus.Arcus quidem.C.S.magnitudinem ſexageſimarum.28.L.T.uero totidem proxime ſimiliter.28.arcus autem.M.I.Sexageſimarum.40.Primæ igitur ſecundæq; oppoſitionis huiuſmodi quantitates compoſuimus & factas inde.56.ſexageſimas addidimus 67.50.primæ diſtantiæ zodiaci gradibus:& ſic exacte inuenimus conſideratam ad excentricum diſtantiam graduum eſſe.68.46.Secundæ ſimiliter & tertiæ oppoſitionis quãtitates cõpoſuimus factãq; inde quantitatẽ gra.1.8.ſubtraximus ab apparẽtib9 gradib9 ſecũdæ diſtãtiæ zodiaci gra.93.44.& ſic rurſus exacte ĩuenimus cõſideratã ad excẽtricũ diſtãtiã grad9 eſſe.92.36.Ex qb9iã eadẽ demõſtratiõe uſi & ꝓportionẽ excẽtricitatis & maximã lõgitudinẽ exqſite habuim9 ĩuenimuſq; lineã.D.C.Quæ eſt iter cẽtra taliũ.12.ꝓxime q̃liũ ẽ.C.L.Semidiameter excẽtrici.60.G.M.uero



Alter codex habet.T.N.linea quæ eſt inter centra





excentrici arcum gra.44.21.a qua rursus.L.B.quidem arcus graduum fit.40.11.A.L. autem.41.33.similiter/q autem his magnitudinibus apparentes obseruatæq; trium oppositionum distantiæ congruunt:perspicuum per easdem faciemus.

¶ Proponatur enim primæ oppositionis descriptio quæ solum excentricum.E.F. habeat/in quo epicycli centrum semper fertur.Quoniam ergo angulus.A.T.E.taliũ est.41.33.qualium quatuor recti sunt.360.qualium uero duo recti sunt.360.talium & ipse & oppositus sibi angulus.D.T.V.83.6.erit etiam arcus chordæ.D.V.talium 83.6.qualium est circulus qui rectangulo.D.T.V.circũscribitur.360.Arcus uero.V. T.96.54.ad semicirculum reliquorum.Chordæ igitur etiam suæ.D.N. quidem talium erit.79.35.qualium est.D.T.quæ rectum subtendit.120.V.T.uero.89.50.earũdem/qualium igitur est.D.T.linea.6.partes &.D.A.semidiameter excentrici.60.talium erit.D.V.quidem.3.58.30.V. T.autem.4.30. & quoniam quadratum. D.V. subtractum a quadrato lineæ.D.A.facit quadratum lineæ. V.A.erit etiam ipsa. V. A.59.50.per longitudinem earũdem. ¶ Rursus quoniam. V. T.æqualis est lineæ V.Q.&.N.Q.dupla est ad.D.V.habebimus etiam totam.A.Q talium.64.20. qualium est.N.Q.linea.7.57.Iccirco etiam.N.A.quæ rectum subtendit.64.52.earũdẽ erit/quare qualium est.N.A.quæ rectum angulum subtendit.120.talium etiam erit N.Q.14.44.& arcus suus talium.14.6.qualiũ est circulus qui rectãgulo.A.N.Q. circũscribitur.360.Ergo angulus quoq;.N.A.Q.talium est.14.6.qualium duo recti sunt.360.qualium uero quatuor recti sũt.360.talium.7.3.Erat autem etiam angulus.A.T.E.41.33.earũdem/erit igitur reliquus quoq;.A.N.E.apparentis motus graduum.34.30.qbus stella maximã lõgitudinem in prima oppositione præcedebat.



¶ Designetur rursum similis secundæ oppositionis descriptio.Quoniam ergo medii motus epicycli angulus.B.T.E.talium.40.11.qualium quatuor recti sunt.360. qualium uero duo recti sunt.360.talium & ipse/& oppositus angulus.V.T.N.80. 22.erit & arcus.D.V.talium.80.22.qualium est circulus qui.D.T.V.rectangulo circũscribitur.360.Arcus uero.V.T.99.38.ad semicirculum reliquorum.Chordæ igitur etiam suæ.D.V.quidem talium erit.77.26.qualiũ.D.T.quæ rectum angulum subtendit.120.V.T.uero.91.41.earũdem.Qualium ergo est.D.T.linea.6.&.D.B.semidiameter excentrici.60.talium etiã.D.V.erit.3.52.&.V.T.4.35.& quoniam quadratũ lineæ.D.V.subtractũ a quadrato lineæ.D.B.facit quadratũ lineæ.B.V.erit etiam ipsa.B.V.59.52.earũdem per lõgitudinẽ/eodẽ modo quoniã.T.V.linea æqualis est lineæ.V.Q.&.N.Q.dupla lineæ.D.V.erit etiam.B.Q.tota taliũ.64.28.qualiũ est N.Q.7.44.Iccirco &.B.N.quæ rectũ subtendit.64.56.erit earũdẽ/quare qualium est.B.N.quæ rectum angulum subtendit.120.taliũ ẽt erit.N.Q.14.19.& arcus suus talium.13.42.qualium est circulus qui rectãgulo.B.N.Q.circũscribitur.360.Angulus ergo etiam.N.B.Q.talium est.13.42.qualium duo recti sunt.360.qualium uero quatuor recti sunt.360.talium.6.51.Erat autem angulus quoq;.B.T.E.40.11.& reliquus igitur.E.N.B.angulus apparentis motus.33.20.earũdem est. Totidem ergo gradibus a maxima longitudine ad succesionem stella in secũda oppositione distabat.Fuit autem demonstrata in prima oppositione.34.30. gradibus maximam longitudinem ꝑcedere. Quare tota distantia a prima oppositione ad secundam.67. 50.graduum colligitur:quẽadmodum per obseruationes etiam habuimus.



¶ Designetur similiter tertiæ oppositiõis descriptio.Quoniam ergo etiam hic angulus.G.T.F.qui est ipsius æqualis motus epicycli talium est.44.21. qualium quatuor recti sunt.360.Qualium uero duo recti sunt.360. talium. 88.42.erit etiam arcus lineæ.D.N.talium.88.42.qualium est circulus qui rectangulo. D.C. F. circũscribitur.360.arcus uero lineæ.V.T.91.18.reliquorum ad semicirculum/chordæ igitur etiam suæ.D.V.quidem talium erit.83.53.qualiũ &.D. T. quæ rectũ angulum subtendit.120.V.T.aũt.85.49.earũdem/qualiũ igitur est.D.T.linea.6.&.D.G.semidiameter excentrici.60.talium etiam erit.D.V.quidem.4.11.30.V.T.uero.4.17.& quoniam quadratum lineæ.D.V.subtractum a quadrato lineæ.D.G.facit quadratũ lineæ.G.V.habebimus ẽt hanc.59.51.earũdẽ ꝑ lõgitudinẽ. ¶ Rursus qm̃.V.T.linea æqualis est lineæ.V.Q.&.N.Q.dupla est ad.D.V.habebimus etiam reliquam.Q. G.talium.55.34.qualium est.N.Q. 8.23.Ideo etiam. G.N.quæ rectum subtendit

earundem.56.12.qualium ergo etiã.G.N.quæ rectum angulum ſubtendit.120.talium etiam erit.N.Q.17.55.& arcus ſuus taliũ.17.10.qualiũ eſt circulus qui rectigulo.G.N.Q.circũſcribitur.360.angulus igitur etiam.T.G.N.talium quidẽ eſt.17.10.qualiũ duo recti ſunt.360.qualiũ uero quatuor recti ſunt.360.talium.8.35.erat aũt etiam angulus.G.T.F.44.21.totus ergo etiam.G.N.F.52.56.earundem eſt:quas obres totidem etiam gradibus præcedere minimam longitudinem ſtella in tertia oppoſitione uidebatur. ℭ Sed in ſecũda quoq; oppoſitione demonſtrata eſt ad ſucceſſionem maximæ longitudinis fuiſſe per gradus.33.20.& reliqui ergo a ſecunda oppoſitione rurſus ad tertiam collecti gradus.93.44.inuenti ſunt/conuenientes illis qui in ſecunda diſtantia fuerant obſeruati:uerum quoniã quando ſtella in tertia oppoſitione per lineam.G.N.perſpiciebatur/tunc obſeruatos obtinebat ſagittarii gradus.2.34.&.G.N.F.angulus qui eſt in centro zodiaci.52.56.talium demonſtratus ẽ qualium quatuor recti ſunt.360.Patet q̃ etiam minima excentricitatis lõgitudo q̃ eſt in puncto.F.25.30.capricorni gradus obtinebat.Maxima uero.25.30.cancri p̃ oppoſitionem/ſi ergo deſcripſerimus in.G.centro.C.L.M.martis epicyclum & produxerimus.T.G.lineam/habebimus in tempore tertiæ oppoſitiõis medium quidem epicycli a maxima excentrici longitudine motum.135.39.graduum/propterea q̃.G.T.F.angulus reliquorum ad ſemicirculum demonſtratus eſt graduum.44.21.medium uero ſtellæ motum a maximæ longitudinis puncto epicycli ĩ hoc eſt arcu.M.C.graduum.171.25.propterea q̃ angulus.T.G.N.demonſtratus eſt talium.8.35.qualium quatuur recti ſunt.360.cum ſit in centro epicycli/& ſic arcus quidem.C.L.ex ſtella.C.ad minimam longitudinem.L.eorundem ſit graduum.8.35.Arcus uero a maxima longitudine.M.ad ſtellam.C.reliquorum ad ſemicirculum.171.25.ut ꝓpoſitum eſt/& ita factum nobis una cum aliis perſpicuum eſt q̃ in tempore tertiæ oppoſitionis hoc eſt in ſecundo anno Antonini epiphi(ſm ægyptios)die.12.ſequente 13.ante mediã noctẽ duabus horis æqualibus diſtabat ſtella martis ſm longitudinẽ quidẽ mediæ a maxima excẽtrici longitudine gradibus.135.39.ſm inæqualitatem uero a maxima epicycli longitudine gradibus.171.25.





ℭ Demonſtratio magnitudinis epicycli Martis. Cap.VIII.

VMAVTEM conſequens ſit ut magnitudinis etiam epicycli proportionem demonſtremus/obſeruauimus ad hoc ſtellam Martis poſt tertiæ oppoſitionis tempus/tribus dieb9 proxime hoc eſt ſecundo Antonini anno epyphi ſecundũ ægyptios die.15.ſequente.16.ante mediã noctẽ trib9 horis æqualibus.Erat enim ſecũdũ aſtrolabiũ in medio cœli.20.libræ gradus: & ſol medio motu.5.27.geminorum gradus tũc obtinebat (Spica igitur ſtella in ſuo ſitu perſpecta) Mars cernebatur in gradibus ſagittarii.1.36.in eodem uero tẽpore a cẽtro quoq; lunæ diſtare ad ſucceſſionem ſimiliter uidebatur gradib9.1.36.& erat medi9 lunæ motus tunc in.4.20.gradibus ſagittarii/uerus autẽ in.29.gradibus ſcorpionis/ ſecundũ enim/inæqualitatem.92.gradibus a maxima epicycli longitudine diſtabat/ apparens autem erat in principio ſagittarii/ut etiam hinc mars ſicuti perſpiciebatur 1.36.gradibus ſagittarii obtinuiſſe oſtenditur/patet igitur q̃ diſtabat a minima longitudine ad præcedentia gradibus.53.54.continentur autem in tempore quod fuit in tertiam oppoſitionem & hanc obſeruationem longitudinis gradus.1.32.& inæqualitatis.1.21.proxime quos ſi addiderimus demonſtratis tertiæ oppoſitionis motibus:habebimus in huius obſeruationis tempore/diſtantẽ Martis ſtellã a maxima excentrici longitudine gradus.137.11.inæqualitatis autẽ diſtantia a maxima epicycli lõgitudine gra.172.46. ℭ His ita ſuppoſitis ſit.A.B.C.deferens centrum epicycli excentricus/cuius centrum.D.& diameter.A.D.C.in qua zodiaci centrum ſit.E.maioris uero excentricitatis centrũ ſit.F.& deſcripto in puncto.B.epicyclo.I.T.C.protrahantur.F.C.B.I.&.E.T.B.&.D.B.lineæ/& a punctis.D.&.E.deducantur ad.F.B.lineam perpendiculares.E.L.&.D.M.& ſupponatur ſtellam eſſe in puncto epicycli N.& coniunctis lineis.E.N.ducatur ad lineam.E.N.protractam a puncto.B.perpendicularis.B.X.quoniam igitur ſtella.137.11.gradibus a maxima excentrici longi





tudine distat: estq; angulus. B. F. G. talium. 42. 49. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 85. 38. etit etiam arcus lineæ. D. M. talium 85. 38. qualium est circulus: qui. D. F. M. rectangulo circunscribitur. 360. arcus uero F. M. 94. 22. ad semicirculum reliquorum/chordæ igitur etiam suæ. D. M. quidem talium erit. 81. 34. qualium est. D. F. quæ rectum angulum subtendit. 120. F. M. autē 88. 1. earundem/quare qualium est. D. F. quæ inter centra est. 6. &. D. B. semidiameter excentrici. 60. talium etiam erit. D. M. 4. 5. &. F. M. 4. 24. & quoniā si quadratū lineæ. D. M. subtractum fuerit a quadrato lineæ. D. B. facit quadratū. B. M. erit etiā linea. B. M. 59. 52. earundem/similiter autem linea quoq;. F. M. æqualis est lineæ. M. L. linea uero. E. L. dupla est ad lineā. D. M. reliqua igitur linea. B. L. erit. 55. 28. &. E. L. 8. 10. earundem. Iccirco. &. E. B. quæ rectum angulum subtendit. 56. 4. earūdem est/qualium igitur est. E. B. quæ rectum subtendit. 120. talium etiam erit. E. L. 17. 28. & arcus suus talium. 16. 44. qualium est circulus qui rectangulo. B. E. L. circunscribitur. 360. quare angulus quoq;. F. B. E. talium est. 16. 44. qualium duo recti sūt. 360. Rursus quoniam angulus. G. E. X. quo Martis stella minimam lōgitudinem. G. p̄cedere cernebatur/talium supponitur. 53. 54. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 107. 48. estq; angulus etiam. G. E. B. 102. 22. earundem/propterea q̄ æqualis utrisq; simul angulus sit. F. B. E. demonstrato. 16. 44 earundem/&. B. F. E. 85. 38. suppofito earundem/erit etiam reliquus angulus. B. E. X. 5. 26. earundem: Arcus uero lineæ. B. X. talium. 5. 26. qualium est circulus qui rectangulo. B. E. X. circunscribitur. 360. quappter etiam linea. B. X. talium est. 5. 41. q̄lium est. E. B. quæ rectum angulum subtendit. 120. qualium igitur ipsa. E. B. 56. 4. demōstrata est: & semidiameter excentrici. 60. taliū. B. X. linea erit. 2. 39. eodem modo quoniā. N. punctum a maxima quidem epicycii lōgitudine hoc est a puncto. I. distabat gradibus. 172. 46. & a minima longitudine. C. gradibus. 7. 14. erit etiam angulus. C. B. N. talium. 7. 14. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 14. 28. erat autem etiam angulus. C. B. T. 16. 44. earundem: & reliquus igitur. N. B. T. angulus erit. 2. 16. sed angulus etiam. B. E. X. 5. 26. demōstratus earundem est/erit igitur etiam angulus. X. N. B. 7. 42. earūdē quare arcus quoq; lineæ. X. B. talium erit. 7. 42. qualium est circulus qui rectangulo. B. N. X. circūscribitur. 360. ipsa uero linea. B. X. talium. 8. 3. qualium est. B. N. quæ rectū angulū subtendit. 120. qualium igitur est. B. X. linea. 2. 39. & semidiameter excentrici. 60. taliū etiā erit. B. N. epicycli semidiameter. 39. 30. pxime: quare proportio etiā semidiametri excentrici ad semidiametrum epicycli. proportio est quā. 60. habēt ad. 39. 30.

¶ De emendatione Periodicorū Motuum Martis. Cap. IX.

ED GRATIA etiam emendationis periodicorum motuum unā cæpimus de priscis obseruationibus/qua declaratur q̄ anno. 13. secundū Dionisium Capricorniōis. 25. stella Martis matutina cernebatur boreali scorpionis incūbere frōti/& est tempus obseruationis ī anno. 52. a morte Alexandri hoc est annus. 476. a Nabonassaro Athir (secundū ægyptios) die. 20. sequēte 21. in mane. In quo tempore medium motum solis inuenimꝰ capricorni gradus obtinētem. 23. 54. Fixa uero quæ est in boreali fronte scorpionis a nobis obseruata est etiam distans a scorpione gradibus. 6. 20. ¶ Quoniam igitur anni. 409. qui fuerūt ab obseruatione usq; ad Antoninum/progressu fixarum faciunt graduum quatuor/&. 5. sexagesimarum proxime/fixa (quam diximus) in tempore illius obseruationis. 2. 15. gradus scorpionis obtinuisse debet/ totidem ergo etiam stella martis obtinuit similiter/quoniam etiam tempore nostro idest in principio Antoniani imperii/ maxima longitudo Martis. 25. 30. cancri gradus obtinebat: debet in tempore obseruationis. 21. 25. obtinuisse/patet igitur q̄ stella quidem apparens. 100. gradibus/& sexagesimis. 50. tunc a maxima longitudine distabat. Medius uero motus ☉ ab eadē longitudine maxima gradibus. 182. 29. ¶ Ab opposita autem minimaq; longitudine. 2. 29. ¶ His ita suppositis: sit. A. B. C. (centrum epicycli) deferens excentricus: cuius centrum. D. & diameter. A. D. G. In qua zodiaci centrū sit. E. Maioris autem ex/

Capricornionis mense

☉	23	54	♑	Tempore
☿	25	30	♋	Ptolemęi.
♂	21	25	♋	Priscorum.
Dria	4	5	In Annis 409	
✳	6	20	♏	Ptolemęi
✳	2	15	♏	Priscorum
Dria	4	5	In 409 Annis	

51. g̃. 4. M. 5. adiiciantur.

centricitatis sit.F.& descripto in centro.B.epicyclo.I.T.protrahantur.F.B.I.&.D.B.lineæ/& a puncto.F.ad lineam.D.B.ducatur perpendicularis.F.C.& supponatur stellam esse in.T.puncto epicycli:& coniuncta linea.B.T.trahatur a puncto.E.ipsi æquidistans lineæ.E.L.a qua uidelicet per ea quæ iam demonstrata sunt/Medi9motus solis erit/coniunctaq; linea.E.T.ducantur ad ipsam a punctis.D.&.B.perpendiculares.D.M.&.B.N.& similiter a puncto.D.ad lineam.B.N.perpendicularis.Di X.ut figura.D.M.N.X.rectangulum parallelogramum fiat/quoniam igitur angulus.A.E.T.apparentis motus stellæ a maxima longitudine talium est partium.100.& sexagesimarum.50.qualium quatuor recti sunt.360.angulus uero medii motus solis.G.E.L.2.29.earundem: erit etiam angulus.T.E.L.hoc est angulus.B.T.E.talium.81.39.qualium quatuor recti sunt.360.qualium uero duo recti sunt.360.talium.163.18.Quare arcus etiam lineæ.B.N.talium est.163.18.qualium est circulus qui rectangulo.B.T.N.circunscribitur.360.ipsa uero linea.B.N.talium.118.43.qualium est.T.B.quæ rectum angulum subtendit.120.quare qualium est.B.T.semidiameter epicycli.39.30.&.E.D.quæ est inter centra.6.talium etiam.B.N.erit.39.3.¶Rursus quoniã angulus.A.E.T.talium est.100.& sexagesimarum.50.qualium quatuor recti sunt.360.qualium uero duo recti sunt.360.talium.201.40.Ac ideo qui deinceps est angulus.D.E.M.158.20.earundem/erit etiam arcus.D.M.talium.158.20.qualium est circulus qui.D.E.M.rectangulo circunscribitur.360.ipsa uero linea.D.M.talium.117.52.Qualium est.D.E.quæ rectum angulum subtendit.120.quare qualium est.D.E.linea.6.&.B.N.39.5.talium etiam erit.D.M.hoc est.N.X.5.54.& reliqua.B.X.talium.33.9.qualium est.B.D.semidiameter excentrici.60.quare qualium est.B.D.quæ rectum angulum subtendit.120.talium etiã erit.B.X.66.18.& arcus suus talium.67.4.proxime: qualium est circulus qui rectangulo.B.D.X.circunscribitur.360.& angulus igitur.B.D.X.talium est.67.4.qualium duo recti.360.totus uero.D.B.M.247.4.est autem etiam.E.D.M.angulus.21.40.earundem propterea q̃.D.E.M.angulus demonstratus est esse.158.20.& reliquus igitur.B.D.E.angulus.225.24.esse colligitur: & qui deinceps est angulus.B.D.A.134.36.similiter:quare arcus etiam.F.C.talium est.134.30.qualium est circulus qui rectangulo.D.F.C.circunscribitur.360.& arcus.D.C.45.24.reliquorum ad semicirculum chordæ igitur etiam suæ.F.C.quidem talium erit.110.42.qualium est.D.F.quæ rectum angulum subtendit.120.D.C.uero.46.18.earundem quare qualium est.D.F.linea.6.&.D.B.semidiameter excentrici.60.talium.F.C.erit.5.32.&.D.C.2.19.& reliqua chorda.C.B.57.41.ideo etiam.B.F.quæ rectum angulum subtendit.57.57.proxime earundem. Qualiũ igitur.B.F.120.talium.F.C.quidem erit.11.28.& arcus suus.10.58.talium qualium est circulus qui rectangulo B.C.F.circunscribitur.360.quare angulus etiam.F.B.T.talium est.10.58.qualium duo recti sunt.360.Sed erat etiam angulus.B.D.A.134.36.earundem/Totus igitur B.F.A.angulus earuudem est.145.34.qualium uero quatuor recti sunt.360.talium est.72.47.quare medius (secundum longitudinem)stellæ motus hoc est.B.cẽtrũ epicycli distabat in tempore obseruationis propositæ a maxima longitudine gradibus.72.47.& propterea.4.12.libræ gradus obtinebat/uerum quoniam etiam.G.E.L.angulus.2.29.earundem supponitur:qui tã duob9 rectis semicirculi.A.B.G.æqualis efficitur utrisq; simul.A.F.B.mediæ longitudinis angulo:&.I.B.T.inæqualitatis hoc est angulo motus stellæ in epicyclo habebim9/reliquum igitur angulum.I.B.T.109.42.earundem/quare in eodem obseruationis tempore stella distabat a maxima epicycli longitudine dictos inæqualitatis gradus.109.42.qui nobis erant inueniendi.¶Sed demonstratum etiam fuit q̃ in tempore tertiæ oppositionis distabat secundũ inæqualitatem ab eadem maxima epicycli longitudine gradib9.171.25.addidit ergo in interiecto(Inter obseruatiões)tempore (quod quidem.410.ægyptiacos annos & dies.231.40.proxime continet)post.192.integros circulos/addidit inq̃ gradus.61.43.quantam ferme additionem inuenimus per tabulas quas de mediis motibus ipsius conscripsimus/ab ipsis enim diurnus nobis motus constitutus est:diuisa multitudine graduum quæ per circulos & additionẽ colligitur in dies qui inter duas obseruationes fuisse colliguntur.



Anni.	Dies.	Hore.
410	231	8

Periodicas & conuersiões 192 complectuntur.

¶ De locis periodicorꝫ Martis motuum in tempore Nabonassari. C.X.

Anni.	Dies.	Hore.
475	79	18

Nabonassari Anno primo.				
♂	3	32	♈	Locꝰ venꝰ
♂	21	25	♋	2ª Obꝑua
♂	16	40	♋	1ª
Diia	4	45	in 475	Annis

RVRSVS ergo quoniã a primo Nabonassari anno thoth (secũdum egyptios) die prima in meridie/tempus usqꝫ ad propositam obseruationẽ 475. egyptiacorum annorum & dierum. 79. 45. proxime colligitur/ qđ tempus (post integros circulos) longitudinis quidem. 180. 40. gradus continet. Inæqualitatis uero. 142. 29. si hos gradus ab utroqꝫ obseruationis loco congrue subtraxerimus/hoc est in longitudine qdem a. 4. 12. gradibus libræ/ Inæqualitate autem a gradibus. 109. 42. habebimus iu primo Nabonassari anno thoth (secundum ægyptios) die prima in meridie locos periodicorum motuum martis/ longitudinis quidem in gradibus Arietis. 3. 32. inæqualitatis uero a maxima epicycli lõgitudine in gradibus. 327. 13. (¶ Per easdem autem rationes qm̃ in. 475. annis colliguntur. 4. 45. gradus maximarum longitudinum motus/ eratq; maxima longitudo Martis in tempore obseruationis in gradibus cancri. 21. 25. obtinebit profecto in dicto constitutionis locorum tempore gradus cancri. 16. 40.

LIBER VNDECIMVS MAGNAE COMPOSITIONIS PTOLEMAEI.

¶ Demonstratio excentricitatis & maximæ longitudinis Stellæ Iouis ♃ C.I.

Demonstrationes ♃

Adriani. 17. Anno

Adriani. 21. Anno

Antonini ꝑmo Anno

DEMONSTRATIS iam motibus periodicis & locis & inæqualitatibus martis. Deinceps eodem modo de Ioue nobis dicẽdum est. Capiemus igitur rursum ad demonstrandam excentricitatẽ & maximam longitudinem/ tres oppositiones ad medium solis motum. ¶ Quorum primam astrolabicis obseruauimus instrumentis/Anno Adriani. 17. secundum ægyptios epiphi die primo/ sequẽte secũdo ante mediam noctem/hora una inuenimusqꝫ Iouis stellam in. 23. 11. gradibus scorpionis. ¶ Alteram anno. 21. phaothi. 13. sequente. 14. ante mediam noctem horis duabus/Inuenimusqꝫ in gradibus pisciũ. 7. 54. ¶ Tertiã Primo Antonini Anno Athir secundũ ægyptios die. 20. sequente. 21. post mediã noctem horis. 5. inuenimusqꝫ. ♃. in gradibus Arietis. 14. 23. ¶ Duarum igitur distantiarum a prima quidem oppositione ad secundam tempus/ægyptiacos continet annos. 3. & dies. 106. & horas. 23. & gradus apparentis stellæ motus. 104. 43. ¶ A secũda uero ad tertiam annũ ægyptiacum unum & dies. 37. & horas. 7. & gradus similiter. 36. 29. ¶ Medius autem/secundum longitudinem/motus temporis primæ distantiæ gra. 99. 55. ¶ Secũdæ uero. 33. 26. ¶ Per has igitur distantias quẽadmodum & in marte fecimus propositorum quæ uoluimus inuenire demonstrationẽ/ primũ quasi rursum unus excẽtricus sit hoc modo. ¶ Sit. A. B. G. circulus excẽtricꝰ: & sit. A. punctum ubi centrum epicycli erat in prima oppositione. B. autem ubi in secũda. G. uero ubi in tertia/captoqꝫ. D. zodiaci centro intra circulum excentricũ. A. B. G. cõiũgantur. A. D. & B. D. & G. D. lineæ & protracta. G. D. usqꝫ ad. E. coniungãtur lineæ A. E. & E. B. deducanturqꝫ a puncto. E. ad. A. D. & D. B. lineas perpendiculares. E. F. & E. I. a puncto uero. A. ad lineã. E. B. perpendicularis. A. T. quoniã igitur. B. G. arcus excentrici. 36. 29. zodiaci gradus subtẽdere supponit̃/erit ẽt. B. D. G. angulus hoc ẽ angulus. E. D. I. taliũ qdẽ. 36. 29. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 72. 58. & reliquus. D. E. I. 107. 2. earundem/ quare arcus quoqꝫ lineæ. E. I. talium erit. 72. 58. qualium est circulus qui. E. D. I. rectangulo circunscribitur. 360. ipsa uero linea. E. I. talium. 71. 21. qualium est. D. E. quæ rectũ angulum subtendit. 120. similiter qm̃. B. G. arcus graduũ est. 33. 26. erit etiam angulus B. E. G. q in circũferentia constituitur talium. 33. 26. qualium duo recti sunt. 360. Totus uero. B. E. I. 140. 28. earundẽ/& reliquus igit̃. E. B. I. 39. 32. earundẽ erit/quare arcus etiam. E. I. talium erit. 39. 32. qualiũ est circulus q rectangulo. B. E. A. circũscribit̃ 360. & ipsa linea. E. I. taliũ. 40. 35. qualiũ est. B. E. quæ rectum angulum subtendit 120. qualium igit̃. E. I. linea demonstrata est. 71. 21. & E. D. 120. talium etiam. B. E. linea erit. 210. 58. ¶ Rursus qm̃ totus. A. B. G. arcus excentrici. 141. 12. gra. utrarũqꝫ di-



Sequẽtes. 4. figuras e græco uolumine deduxit gauricꝰ/q̃s dimisat trapezũtiꝰ



ſtantiaꝝ ſimul ſubtendere ĩ zodiaco ſupponit̃: erit & angulus.A.D.G.ĩ cẽtro zodiaci cõſtitutus taliũ.141.12.qualium quatuor recti ſunt.360.qualiũ uero duo recti ſunt 360.talium.282.24.angulus uero.A.D.E.qui deinceps ad ipſum ſequitur.77.36.earundem.quare arcus quoq; lineæ.E.F.talium eſt.77.36.qualium eſt circulus.D.E. qui rectum angulum ſubtendit.120.ſimiliter quoniam.A.B.G.arcus excentrici.133.21.colligitur/erit etiam angulus.A.E.G.cũ ſit in circũferentia talium.133.21.qualium duo recti ſunt.360.erat autẽ angulus quoq;.A.D.E.77.36. earundem: & reliquus igitur.E.A.F.149.3.earundem erit: quare arcus etiã lineæ.E.F.talium eſt.149.3.q̃/lium eſt circulus qui.A.E.F.rectangulo circũſcribitur.360.linea uero.E.F.taliũ. 115.39.qualiũ eſt.E.A.quæ rectum angulum ſubtendit.120.qualiũ igitur.E.F. linea de/monſtrata eſt.75.12.&.E.D.ſupponitur.120.taliũ etiam.E.A.linea erit.78.2. ¶ Rurſum qm̃.A.B.arcus excentrici.99.55.graduũ ẽ: erit profecto etiã.A.E.B. angulus cũ ĩcircũferẽtia conſtituatur.99.55.talium qualiũ duo recti ſunt.360.q̃re arcus quoq; lineæ.A.T.talium eſt.99.55.qualium eſt circulus qui.A.E.T.rectangulo circũſcribi/tur.360.& arcus lineæ.E.T.80.5.reliquorũ ad ſemicirculum chordæ igitur etiã ſuæ A.T.quidem talium erit.91.52.qualium eſt.A.E.quæ rectum angulum ſubtendit 120.E.T.uero.77.12.earundem qualium igitur.A.E.linea.78.2. demonſtrata eſt: & D.E.120.talium etiam.A.T.erit.59.44.&.E.T.50.12.Demonſtrata eſt autem linea quoq; tota.E.B.210.58.earundem & reliqua igitur.T.B.talium erit.160.46.qualiũ eſt.A.T.59.44. ¶ Eſt autem quadratum lineæ. T.B.25845.55.& quadratum lineæ T.A.3568.4.q̃ ſimul capta faciunt quadratum lineæ.A.B.29413.59.erit igitur linea A.B.talium per longitudinem.171.30.qualium erit linea.E.D.120.&.E.A. 78.2. eſt autem ipſa linea.A.B.talium.91.52.qualium eſt excentrici diameter.120.arcum eni ſubtendit graduum.99.55.qualium igitur eſt.A.B.linea.91.52.& excentrici diame/ter.120.talium etiam erit.E.D.linea.64.17.&.E.A.41.47. ¶ Quare arcus quoq; ipſius.E.A.lineæ.40.45.graduum eſt. Totus uero arcus.E.A.B.G.174. 6. quapro/pter etiam linea.E.D.G.talium eſt.119.50.proxime qualium eſt excentrici diame/ter.120.quoniam igitur.E.A.B.G.circuli portio minor eſt quam ſemicirculus atq; ideo centrum excentrici extra ipſam inuenitur. ¶ Supponatur etiam in.C.ducat̃q; per ipſum: & per.D.diameter.L.C.D.M.quæ eſt per utraq; centra & ab ipſo.C.ad li/neam.G.E.ducta perpendicularis.C.N.protrahatur uſq; ad.X.quoniam igitur qua/lium eſt.L.M.diameter.120.talium demonſtrata eſt.E.G.linea.119.50.&.E.D. 64. 17.habebimus reliquam.G.D.55.33.earundem: quare quoniam rectãgulum quod ſub.E.D.&.D.C.lineis continetur æquale eſt rectangulo quod ſub.L.D.&.D.M. lineis/habebimus/etiam rectangulum quod ſub.L.D.&.D.M.lineis continetur ta/lium.3570.56.qualium eſt.L.M.diameter.120. ſed rectangulum quod fit a lineis L.D.&.M.D.cum quadrato lineæ.D.C.facit quadratum ſemidiametri hoc eſt li/neæ.C.L. Si etgo a quadrato ſemidiametri hoc eſt.3600. ſubtraxerimus rectãgu/lum ſub lineis.L.D.&.D.M.contentum hoc eſt.3570.56. relinquitur quadratum lineæ.D.C.29.4.earundem habebimus ergo ipſam lineam.D.C.quæ eſt inter cen/tra taliũ. 5.23.pxime qualium eſt.C.L.excentrici ſemidiameter.60. ¶ Rurſus quo/niam medietas lineæ.G.E.hoc eſt linea.G.M.talium eſt.59.55.qualium. L.M. dia/meter.120.demonſtrataq; eſt linea.G.D.55.33.earundem & reliqua ergo linea. D. N.talium eſt.4.22.qualium erat linea.D.C.5.23.qualium igitur eſt.D.C.quæ rectã/gulum ſubtendit.120.talium etiam.D.N.erit.97.20.& arcus ſuus talium.108.24. qualium eſt circulus qui rectangulo.D.C.N.circunſcribitur.360.angulus igit̃ etiã D.C.N.taliũ quidem eſt.108.24.qualium duo recti ſunt.360.qualiũ uero quatuor recti ſunt.360.talium.54.12. ¶ Et quoniam in centro excentrici eſt habebimus etiã arcum.M.X.54.12.eſt autẽ totus etiã arcus.G.M.X.E. gra.87.3.cũ ſit medietas toti9 G.X.E.reliquus ergo arcus.M.G.qui eſt a minima longitudine erit.32.51. cum autẽ B.G.diſtantia.33.26.graduum ſupponatur/patet quod reliquum quoq; arcum.B. M.qui eſt a ſecunda oppoſitione ad minimã longitudinẽ habebimus ſexageſimaꝝ 35. Cũq;.A.B. diſtantia.99.55.graduum ſupponatur habebimus etiã reliquã. L.A. quæ eſt a maxima longitudine ad primã oppoſitionẽ gra.79.30.ſi ergo in hoc ex/centrico epicycli centrũ deferet̃ ſatis eſſet his magnitudinibus tanquã certis puti/Ve



□	25845	55
□	3568	4
	29413	59







Iccirco etiã totus.A.G.I.angulus erit.21.55.eorũdem.Quare quãdo ſtella.1.55.gradus Scorpionis obtinebit/tũc maxime a uero ſole diſtabit gra.20.51.Fuit aũt etiam demõſtratũ ꝙ qñ.29.2.libræ gra.obtinet.Tunc maxime a uero ſole diſtare põt.21.2. qm̃ igit̃ exceſſus locorꝫ(quos obtinebat)eſt graduũ.2.53.& maximarũ diſtãtiarum exceſſus ſexageſimarũ.11.ſuntq; a primo loco ad principiũ Scorpionis ſexageſimæ 58.qbus cõgruũt ſexageſimæ quatuor proxime:has ſi ſubtraxerimus a gradibus.22. 2.habebimus in ipſo Scorpionis principio maximã ſtellæ ueſpertinã a ſole diſtantiã graduũ.20.58. ℭ Verũ ut etiã matutinã diſtãtiã(quæ maxima in pricipio Tauri fit) inueniamus.Supponat̃ primo medius ꝑ lõgitudinẽ motus diſtare ad ſucceſſionem minimæ lõgitudinis gradibus.39.ut medius ſolis.19.Tauri.grad.obtineat & uerus 19.38. ℭ Deſcribat̃ q; ſil̃is figura quæ habeat epicyclũ ad ſucceſſionẽ minimæ lõgitudinis & tãgẽtẽ lineã ad matutinã epicycli partẽ ꝓductã.Quoniã igit̃ (ſm expoſitũ motũ)angulus.D.B.F.taliũ ſupponit̃.39.qualiũ quatuor recti ſunt.360.ꝑ ꝓmiſſaq; demõſtrat̃.D.G.E.qdẽ ãgulus.40.57.eorũdẽ.G.E.ãt linea diſtãtiæ iſtius taliũ 55.59.qualiũ eſt.E.I.epicycli ſemidiameter.22.30.erit etiã.E.I.linea taliũ.48.14.q̃lium eſt.G.E.quæ rectũ ſubtẽdit.120.& arcus ſuus taliũ.47.24.qualiũ eſt circulus qui rectãgulo.G.E.I.circũſcribit̃.360.quare angulus quoq;.E.G.taliũ erit.47.24.qualiũ duo recti ſunt.360.qualiũ uero quatuor recti ſunt.360.taliũ.23.42.reliquus autẽ I.D.G.17.15.eorũdẽ.Stella igit̃ Mercurii cũ.27.15.Arietis gradus obtineat/maxime matutina a uero ſole.22.23.gradibus diſtabit. ℭ Supponat̃ rurſũ medius longitudinis motus ad eãdẽ minimæ lõgitudinis partẽ.42.gradibus diſtare.Vt ſol quoq; medius.22.Tauri.Verus aũt.22.31.gradus obtineat. Quoniã igit̃ ſecũdũ hũc motũ taliũ D.B.F.angulus ſupponit̃.42.qualiũ quatuor recti ſũt.360.&.D.G.E.angulus.44. 4.demõſtrat̃:& linea.G.E.iſtius lõgitudinis taliũ.55.50.qualiũ ẽ.E.I.epicycli ſemidiameter.22.30.Erit ẽt.E.I.linea taliũ.48.19.qualiũ eſt.E.G.quæ rectũ ſubtẽdit.120. & arcus ſuus taliũ.47.30.qualiũ eſt circulus q rectãgulo. E.G.I. circũſcribitur.360. Quare angulus etiã.E.G.I.taliũ erit.47.30.qualiũ duo recti ſunt.360.qualiũ uero quatuor recti ſũt.360.taliũ.23.45.reliquus aũt.I.G.D.20.19.eorũdẽ. Quãdo igitur ſtella Mercurii.19.ſexageſimis a primo Tauri gradu diſtat maxĩe a uero ſole ad matutinas partes diſtabit gradibus.22.12.Demõſtratum aũt fuit ꝙ quãdo obtinet.27.15. gradus Arietis tũc maxime ſimiliter diſtare põt gradibus.22.23.Quoniã igitur exceſſus locorꝫ quos obtinere ſuppoſitus eſt graduũ colligitur.3.4.& maximarũ diſtãtiarũ exceſſus ſexageſimarũ.11.cõgruũtq; gradibus.2.45.qui ſunt a primo loco ad principiũ Tauri.10.ſexageſimæ proxime.Si has ſubtraxerimus a gradibus.22.23.habebimus maximã matutinã a uero ſole in ipſo principio Tauri diſtantiã graduum.22.13. eodẽ mõ in cœteris quoq; ſignis maximas diſtãtias & matutinas & ueſpertinas utrarũq; ſtellarũ cõputauimus. ℭ Tabulãq; illarũ cõſtituimus in uerſibus duodecim ſecũdũ ſignorꝫ numerũ/& ordinibus qnq;.In quorꝫ primo pricipia ſignorꝫ poſuimus ab Ariete facto initio.In reliqs uero q̃tuor cõputatas maximas a uero ſole diſtãtias/ ita ut ſecũdus qdẽ matutinas.Tertius ueſpertinas Veneris cõtineat/Et rurſum quartus matutinas Mercurii/qntus ueſpertinas. ℭ Eſt autem tabula hæc.

Tabula maximarum a uero ☉ diſtantiarum ♀ atq; ☿.

		♀		♀			☿		☿	
Signorum Principia		Matutinæ		Veſpertinæ			Matutinæ		Veſpertinæ	
Arietis	♈	45	14	45	12		24	14	19	36
Tauri	♉	45	17	45	31		22	13	21	7
Geminorũ	♊	45	34	44	49		20	18	23	41
Cancri	♋	45	56	44	25		18	17	26	16
Leonis	♌	46	20	44	31		16	35	27	37
Virginis	♍	46	28	44	45		16	8	26	17
Libræ	♎	46	45	45	41		17	46	23	31
Scorpiõis	♏	46	47	46	30		21	32	20	58
Sagittarij	♐	46	1	47	13		26	9	19	28
Capricorni	♑	46	7	47	35		28	37	19	14
Aquarij	♒	45	41	47	34		28	17	18	51
Piſcium	♓	45	20	47	7		26	24	19	0
1		2		3			4		5	

LIBER XIII ET VLTIMVS MAGNAE COMPOSITIONIS CLAVDII PTOLEMAEI.

¶ De suppositionibus q̃ ad motus latitudinis quinq; Planetarũ ꝑtinẽt. Cap. I.

IERVM quũ ad absoluẽdũ quinq; Planetarũ doctrinã duo hæc restẽt. Primũ ut motus ipsorũ q ſm latitudinẽ ad circulum (q ꝑ medium signorũ est) accipiãt, deinde ut distãtiæ a sole qbus apparent occultãtur ue cognoscãt, quũq; latitudiales distãtiæ ꝓponẽdæ sint qm̃ ẽt propter eas sensibiles dr̃iæ in apparitionibus & occultationibus nõnullæ fiunt: primo rursus quæcũq; de declinationibus circulorũ suorum supponimus exponẽda sunt, qm̃ igitur oẽs cernũtur, latitudinis quoq; habere differẽtiã sicut & lõgitudinis, alterã ad partes zodiaci propter circulũ excẽtricũ, alterã ad solem propter epicyclum. Iccirco melius in omnibus suppositionibus excẽtricum quidẽ ad supficiem circuli per medium, epicyclũ aut ad excẽtrici superficiem nec ulla ut diximus de qua curãdum sit propter hoc differẽtia in motu lõgitudinis, aut indemõstrationibus inæqualitatũ ꝓpter tantã declinationẽ, ut paulo post demõstrabimus accidit. ¶ Verũ qm̃ perpẽdiculares in singulis obseruationes quando æquatæ lõgitudinis & æquatæ inæqualitatis numerus uterq; simul per quartam proxime distat partẽ, Alter a boreali australi ue termino excentrici, alter a propria lõgitudine maxima. tunc in ipsa superficie circuli per medium stellæ cernuntur. Ideo excentricorũ quidem inclinationes ad zodiaci centrum. Sicut etiã in luna, & ad diametros borealium aut australium terminorũ. Epicyclorum autem ad diametros ad zodiaci centrum inclinatas in quibus apparẽtes ipsorum maximæ minimæq; lõgitudines cõsiderantur inclinari supponimus, ad hæc in tribus quidẽ superioribus, Saturno, Ioue, Marte, obseruauimus, ꝙ qm̃ motus lõgitudinis ipsorum in remotiore a terra excentrici arcu sint borealiores semp circulo per mediũ esse stellæ cernuntur, tũq; borealiores maxime quoniã in minimis epicyclorum longitudinibus q̃ quando in maximis inueniuntur. Quãdo autem motus lõgitudinis ipsorum in propinquiore arcu ad terrã excẽtrici sunt: ecõtra australiores circulo per mediũ perspiciuntur. Propterea ꝙ borealissimi excentricorũ termini: in Saturno qdem & Ioue in principio libræ inueniuntur. In marte uero in exitu Cancri in ipsa ferme maxima longitudine, ex quibus colligitur ꝙ excentricorum partes quæ in dictis signis zodiaci sũt ad septẽtrionẽ declinãtur & diametraliter eis oppositæ ad meridiẽ æqualiter epicyclorũ uero minimæ lõgitudines ad easdem cum excentricorum declinatione partes. Ita ut Diametri quæ rectos faciunt angulos cũ his quæ per maximas eorum longitudines sunt æquidistantes semper ad superficiem circuli per medium sint. ¶ In Venere aũt atq; Mercurio nobis obseruatum est ꝙ qm̃ motus longitudinis earum in maximis aut minimis: excẽtrici lõgitudinis sunt. Tunc motus quidẽ qui sunt in minimis epicyclorũ nihil (ſm latitudinẽ) ab his differunt, qui sunt in maximis, sed similiter uel borealiores uel australiores circulo ꝑ mediũ inueniũtur. Et in Venere qdem semp borealiores. In Mercurio aũt ecõtra semp australiores. Motus uero q in maximis ipsorũ distãtiis fiunt inter se quidẽ maxime differunt, hoc est matutini a uespertinis. Ab his aũt q in maximis & minimis epicyclorũ fiunt, hoc est differẽtia (propter excẽtricũ) æqualiter ad cõtrarias. Rursus eni succedẽs uesꝑtinaq; maxima distãtia. In Venere qdẽ boreali or in maxima excẽtrici fit, in minima australior. In Mercurio aũt cõtra australior in maxima & boreali or in minima. ¶ Quãdo aũt æqualis motus lõgitudinis ipsorũ in nodis sunt. Tũc distãtiæ quidẽ quartæ partis in utraq; epicyclorũ parte a maximis & minimis epicyclorũ lõgitudinibus, utræq; in superficie circuli ꝑ mediũ sunt. Motus uero qui fiunt in minimis lõgitudinibus maxime differũt a motibus qui fiũt in maximis. ¶ In Venere qm̃ quidẽ sunt in subtrahentis semicirculi nodo ad meridiẽ. Quãdo uero in opposito ad septẽtrionẽ ĩclinãtur. ¶ In mercurio aũt ecõtra in subtrahẽtis quidẽ semicirculi nodo ad septẽtrionẽ, in cõtrario autẽ ad meridiẽ, quare hinc etiã colligitur excẽtricorũ qdem inclinationes ipsas quoq;

♄ ♃ ♂ ♀ ☿ ☽ Initio fine

moueri & una restitui cũ reuolutionibus epicyclorꝝ/Cũ qdẽ ĩ nodis sint in eadẽ superficie circuli per mediũ. Cum uero in maximis uel minimis lõgitudinibus. In Venere qdẽ maxime boreaiorẽ faciunt epicyclũ. In Mercurio aũt australiorẽ. Epicycli uero duas faciunt differẽtias. Nã diametros quidẽ quæ sunt per apparentes maximas longitudines maxime a nodis excẽtricorꝝ inclinant/eas uero quæ ad rectos illis sunt maxime obliquant. Hoc enim nobis in maximis ac minimis excentricorum longitudinibus uocabulo hæc inclinatio distinguitur/contra uero illas quidem in excẽtrici superficie in maximis & minimis eius longitudinibus faciunt. Has autem in superficie circuli per medium constituunt: quando in nodis sunt.

De motu latitudinũ circa ĩclinatiões atq; reflexiões

¶ De mõ motus latitudinis ſm suppositiões ĩclinationũ atq; obliquationũ. C. II.

EST AVTEM suppositionũ sũma hæc/excẽtrici quinq; Planetarum circuli ad superficiẽ circuli per medium. In cẽtro zodiaci inclinãtur. Sed in tribus superioribus Saturno/Ioue/ Marte stabiliter eodẽq; modo ut motus epicyclorꝝ Diametraliter oppositi ad cõtrarias latitudines ferantur. ¶ In Venere aũt atq; Mercurio: simul cũ epicyclis ad eãdẽ latitudinẽ traducantur. In Venere qdem ad septẽtrionem semper. In Mercurio autẽ ad meridiem/epicyclorꝝ uero diametri quæ per apparẽtes maximas longitudines sunt in excentrici superficie in aliquo principio constitutæ traducuntur a paruulis circulis qui minimarum lõgitudinũ terminis ut sic dicã apponuntur. ¶ Mediocres ad tãrũ latitudinis transitũ. Et recti ad excẽtricorũ superficies in quibus centra eorꝝ sunt. Reuoluuntur autem æqualiter consequenterq; ad motus longitudinis ab altero principio eorꝝ quæ sunt in sectionibus superficierũ suarũ & epicyclorꝝ ad septẽtrionẽ ex positione ducũturq; secũ superficies epicyclorꝝ in uersione quidem quæ in prima quarta fit ad borealissimũ terminũ. In ea uero quæ in secũda ad excentrici rursum superficiem. In ea quæ in tertia ad australissimũ terminũ/In ea quæ ĩ ultima (quæ restitutiõis est) ad primã principii supficiẽ. Huius aũt motus initium atq; restitutio in Saturno quidẽ & Ioue & Marte a sectione quæ in nodo ascẽdẽte fit cõstituitur. In Venere a minima excentrici lõgitudine. In Mercurio aũt a maxima similiter. Diametri uero quæ rectos angulos ad prædictas faciũt. In tribus qdẽ superioribus æquedistãtes ad superficiẽ circuli ꝑ mediũ semp (ut diximus) sunt/aut tãtũ obliquæ ad ipsum ut nullius ea obliquatio curæ digna sit. In Mercurio aũt atq; Venere ipsi quoq; in pricipio quodã in superficie circuli ꝑ mediũ cõstitutæ traducũtur a paruulis circulis sequẽtibus (ut ita dicã) terminis ipsorꝝ appositis/hi mediocres rursum sunt ad tãtũ latitudinis motũ & recti ad supficiẽ circuli ad mediũ. centraq; sua in diametris habẽt æqdistãtibus a superficie circuli per mediũ. Voluũtur aũt æqualiter cum aliis ab altero principio eorꝝ quæ sunt in sectionibus supficierũ suarũ & epicyclorꝝ ad septẽtrionẽ ꝑ suppositionẽ rursũ ducũtq; secũ uespertinos expositarꝝ diametrorꝝ terminos eodem modo ut dictũ est. In istis ẽt motus principiũ atq; restitutio. In Venere qdẽ a nodo addentis semicirculi cõstituitur. In Mercurio aũt ab auferentis. Illud præterea de paruulis his circulis a quibus epicycli trãsferuntur dicẽdũ est: q; æqualiter ẽt ipsi a superficiebus ad quas declinationũ traductiones fieri asserimus diuidũtur. Sic enim solũmodo motus suos ſm latitudinẽ æquales in utraq; fieri parte accidit. Reuolutiones aũt suas ad motũ æqualem non circa suum: sed circa aliud faciunt cẽtrum/quod possit facere eandem ad paruulũ circulũ excẽtricitatẽ quã habet motus lõgitudinis stellæ ad circulum qui ꝑ mediũ signorũ est: ná cũ restitutiones tam in zodiaco quã in paruo circulo æqualis tẽporis supponantur: & ad hæc motus qui fiunt in utraq; parte quarta alter alteri ſm apparentia coaptẽtur si circuli paruuli circũductio ad centrum fieret suum/nullo modo posset propositũ euenire/cũ motus paruorum circulorũ æquali in tẽpore singulas pertranseãt quartas/motus uero epicycli q ad zodiacum cõsiderãtur nequaq̃. Idq; propter excentricitatẽ quæ in singulis supponitur. Sin uero circa centrũ similes cũ centro excentrici positiones fiãt/etiã restitutiones declinationũ æquali in tempore pertransibũt. Nemo aũt multiplex atq; arduũ nostrarũ excogitationũ instrumentorumq; considerans. Difficiles huiusmodi suppositiones arbitretur. Nec enim de-

cet corporibus diuinis humana cōferre nec rōnes rerum ita magnarū a dissimillimis exēplis petere/quid enim dissimilius rebus perpetuis eodēq; se modo semper habē/tibusq; ea quæ nūq; eodē modo se habēt:aut qd dissimilius his q̄ a qua uis causa ipe diuntur q̄ illa quæ nec a se ipsis qdē impediuntur. Sed niti quidē q̄ maxime simpli ciores motibus cœlestiū suppositiones accōmodare: & si hoc nō procedit:eas quæ possibiles sint/nā si apparētium singula cōsequenti supppsitionū ordine ad unguē seruātur:cur mirum uidebitur posse huiusmodi uarietatē cœlestium motibus acci/dere:ꝑsertim cū nulla ibi prohibitiua natura sit:sed tota cōmoda ad cedendū natu/ralibus singularū motibus ēt si cōtrarii esse uideāt/ut oia ꝑ oia illa simplicia corpa late liquideq; fusa & pertrāsire & perfici possint:nec solū in circulis id recte ꝓcedat. Verū ēt in ipsis globis atq; Axibus circūductionū: quorꝫ ēt uarietatē alternationēq;/quā in diuersitate motuū habent sic arduā atq; difficilē in cōstructis a nobis imagini bus uidemus/ut motus sine ꝓhibitione in his fieri nō possint. In cœlestibus aūt hæc uarietas ac alteratio a se ipsa nō impediē. Oportet igitur simplicitatē ipsam cœlestiū nō ab his quæ simplicia esse apud nos uideāt iudicare. Cū nihil apud nos inueniāt/quod sil̄r simplicitatē habere oibus hoibus uideāt. Nā q̄ ita cōsiderat:is nihil in cœ lo simplex esse putabit:nec ipsam qdē primi motus stabilē simplicēq; naturā nā cū ea quoq; eodem semp modo se habeat/nō modo difficile est. Sed oino impossibile imaginē eius apud nos inueniri. Nō igitur hinc sed a natura ipsorꝫ cœlestiū incōmu tabilitateq; motuū id iudicādū. Sic enim omnes illi motus simplices uidebūtur/& qdem multo magis q̄ quæ apud nos simplicissima esse iudicātur/cum nihil difficul tatis nihilq; laboris in motibus illorum possit excogitari.

¶ Nō decet corporibus di/uinis humana conferre.

¶ De singularum inclinationum magnitudine. Cap. III.

SED VNIVERSALEM qdem situm seriēq; declinationis circulo rū hinc ratiocinari qlibet pōt/Magnitudines uero interceptorꝫ a declina/tionibus in quolibet planeta particulariter arcuum maximi circuli descri pti per polos inclinati circuli/& erecti ad superficiē ꝑ mediū ad quē mo/tus latitudinis ꝓspiciūtur. In Venere qdē atq; Mercurio a latitudinis motibus q̄ fm expositos situs apparēt/faciles intellectu fiunt. Nā qñ in maximis uel minimis excē/tricorꝫ lōgitudinibus motus lōgitudinis ipsorꝫ sunt/si etiā ꝓpe minimas uel maxias epicyclorꝫ lōgitudines stellæ(ut diximus)reperiātur/æqualiter borealiores aut au/straliores ut ex proximis obseruariōibus adinuenimus circulo ꝑ mediū perspiciunt. Venus qdē sextafere unius gradus parte semp̄ borealior. Mercurius uero.45.sexage/simis semp̄ australior. Quare hinc excētricorꝫ utriusq; declinationum tātā esse perce pimus/in maximis aūt a sole distātiis.5.fere gradibus utriq; secundū mediā rationē borealiores aut australiores oppositis maximis apparent distantiis. Nā Venus quidē in sensibili pene aliqua(quinq; gradibus)differentia minus in maxima excentrici/plus uero in minima dictā fm latitudinē facere oppositionē perspicitur. Mercurius uero medietate unius gradus maxime ut obliquationes epicycli ad utrāq; superficie rum excētricorꝫ partē.2.30.gradus proxime. In circulo qui rectos ad zodiacum angu los facit subtendant a quibus magnitudines etiā angulorum qui ab epicyclorū obli quatione ad excētricorū superficies fiunt capiuntur. Sicut in sequentibus dilucide de mōstrabitur:ne in ꝓsentiarū cōmunē sermonis cursum de quinq; planetarū declina/tione retardemus. Quādo aūt æquatæ longitudinis motus in nodis & in mediis ꝓ/xime distantiis sunt. Venus qdē(si in maxima epicycli lōgitudine est)uno gradu au/stralior aut borealior circulis per mediū inuenitur. Si aūt in minima.6.20.gradibus proxime/ut sic declinatio epicycli.2.30.gradus circuli per polos ipsius descripti mo/do quo diximus intercipiat/totidē enī ex epicycli inæqualitate inuenimus in mediis distātiis. In maxima quidē epicycli subtēdens in uisu angulū gradus unius sexagesi/marū.2. In minima uero graduū.6.& sexagesimarū.22. Mercurius aūt cū in maxima epicycli est ut a proximis apparētibus quispiam ratiocinabitur australior/borealior/ue primo gradu & sexagesimis.45.circulo ꝑ mediū fit. Cū uero in minima gradibus quatuor ꝓxime ut hinc epicycli declinatio colligit graduū.6.15. Totidē enim rur

ſus ex inæqualitate epicycli in diſtãtiis maximarum declinationũ inuenimus. Hoc ẽ qñ æquata lõgitudo per quartã ptẽ a maxima excẽtrici diſtat. Hi in maxima epicycli angulũ in uiſu gradus unius & ſexageſimarũ. 46. ſubtẽdũt. In minima uero graduũ quattuor & ſexageſimarũ. 5. ¶ In reliquis aũt Saturno uidelicet Ioue ac Marte ſeorſum quidẽ nõ poterit quiſpiã magnitudines declinationũ congruenter intelligere, cũ utræq; inter ſe hoc eſt quæ penes excẽtricũ eſt & quæ penes epicyclum cõmiſcean tur. Sed a motibus rurſum excẽtricorũ & epicyclorũ qui ſecũdũ latitudinẽ tum in minimis tum in maximis longitudinibus obſeruantur alterã declinationũ hoc modo ab altera ſeparabimus. ¶ Sit enĩ in ſuperficie quæ recta eſt ad circulũ p̃ mediũ ſignorũ cõis ad ipſam ſectio ſuperficiei qdẽ circuli p̃ mediũ. A. B. linea. In ſuperficie uero excẽtrici linea. G. D. zodiaci aũt cẽtrũ ſit. E. deſcribãturq; ĩ cõi ſuperficierũ ſectiõe ĩ. G. maxima excẽtrici, & ĩ. D. minima ĩ ſubiecta ſuperficie circuli æq̃les. F. I. T. C. & L. M. M. X. q̃ p̃ polos epicyclorũ eſſe ſupponat̃, in q̃bus declinet̃ epicyclorũ ſuperficies tũ ad lineã. I. C. C. tũ ad lineã M. D. X. ad æq̃les uidelicet angulos. M. G. & D. pũctis factos cõiũgãtur a cẽtro zodiaci. E. (in quo uſus eſt) ad maximã & minimã epicyclorũ lõgitudinẽ lineæ ad maximã qdẽ. E. I. & E. M. ad minimã uero. E. C. & E. X. ut. C. & X. pũcta (motus medio ſoli oppoſitos) cõtineant, pũcta uero. I. & M. cũiunctionales. In marte igitur motus latitudinis eos cœpimus qui fiunt in oppoſitionibus quæ ĩ maxima excẽtrici lõgitudine: hoc eſt in pũcto epicycli. C. cõſtituũtur, & eos q̃ in minima excẽtrici hoc eſt in pũcto. X. epicycli fiũt, ꝓpterea quod differentia ipſorũ ualde ſenſibilis eſt. In oppoſitionibus enim q̃s ĩ maxima lõgitudine facit remouet̃ a circulo p̃ mediũ ad ſeptẽtrionẽ gradibus q̃ttuor. 20. In his aũt quas ĩ minima facit ad meridiẽ gradibus. 7. ꝓxime, ut angulꝰ etiã. A. E. C. taliũ. 4. 20. colligat̃: qualium quatuor recti ſũt. 360. Angulus uero. B. E. X. 7. eorũdẽ. ¶ His ita ſuppoſitis tã angulũ. A. E. G. q̃ ab excẽtrici q̃ angulum. I. C. F. q̃ ab epicycli declinatiõe cõtinet̃, hoc mõ inuenimus nã ab his quæ de inæq̃litatibus Martis demõſtrabimus facile intellectũ eſt q̃ angulorũ in uiſu cõſtitutorũ q̃ ſubtẽdũtur ab arcubus æq̃libus q̃ ſunt ad minimã epicycli lõgitudinẽ q̃ fiũt in motibus maximæ lõgitudinis excẽtrici eã ꝓportionẽ habẽt ad motus factos in minima quã quinq; ꝓxime ad nouẽ. Sed arcus. T. C. & N. X. æquales ſunt. Quare ꝓportio ẽt anguli. G. E. C. ad angulũ. D. E. X. erit ſicut. 5. ad. 9. Q̃m igit̃ dati ſũt anguli. G. E. C. & D. E. X. & proportio. C. E. C. ad D. E. X. eſt q; æqualis angulus. A. E. G. angulo. B. E. D. Si quota pars eſt exceſſus totarũ magnitudinũ ipſius exceſſus ꝓportionis. Totã partẽ de utriſq; terminis ꝓportiõis capiemus, habebimus quæſitã quoq; ꝓportiõis magnitudinẽ. Id enim per Arithmeticã ꝓportionẽ quãdã demõſtratur. Quoniã ergo magnitudines quidem ſũt. 4. 20. Et exceſſus earum. 2. 40. proportio uero ſicut. 5. ad. 9. horũq; exceſſus quatuor. Sunt aũt. 2. 40. pars ipſorũ quatuor, tertiæ duæ. Si tãtã partẽ ipſorũ. 5. & 9. cœperimus habebimus. G. E. C. angulũ. 3. 20. graduũ & D. E. X. 6. eorũdẽ, & utrũq; reliquũ conſequẽter. A. E. G. & B. E. D. declinationis excẽtrici gradus unius: & ex iſtis. T. C. quoq; arcũ declinationis epicycli graduũ. 2. 15. ꝓpterea q̃ totidẽ proxime ſecũdũ tabulas inæqualitatis. G. E. C. & D. E. X. inuẽtas angulorũ magnitudines cõtinent. 7. ¶ In Saturno aũt ac in Ioue q̃m indifferentes ad ſenſum inueniũtur motus in arcubus maximarũ excentricorũ lõgitudinũ facti a motibus qui in minimis fiũt diametraliterq; oppoſitis: alio modo ex collatione motuũ qui fiũt in maximis epicyclorũ ad eos qui fiunt ĩ minimis eorũ ꝓpoſitũ cõputauimus. Remouetur aũt ut ex particularibus obſeruationibus facile intelleximus in motibus quidẽ q̃ fiũt in apparitionibus & occultationibus maxime ad ſeptẽtrionẽ atq; Meridiẽ. Saturnus quidẽ gradibus. 2. proxime. Iup-



¶ Proportio. 5. ad. 9. dicitur ſubſuꝑquadripartiens q̃ntas.

piter autem.1.In oppositionibus uero ad solem Saturnus gradibus.3.Iuppiter.2. ¶ Quoniam igitur ex inæqualitate quoq; istorum perspicuum est q̃ angulorum in uisu ab æqualibus epicycli arcubus in maximis & minimis longitudinibus factorum/qui in maximis constituuntur proportionem habent ad illos qui in minimis. In Saturno quidem sicut.18.ad.23.In Ioue autem sicut.29.ad.43.sũtq; arcus epicycli.F.I.&.T.C.æquales/erit proportio anguli.F.E.I.ad angulum.T.E.C.In Saturno quidem sicut.18.ad.23.In Ioue sicut.29.ad.43. ¶ Sed etiam.I.E.C.qui est excessus duorum ſm latitudinem motuum/gradus unius/in utrisq; stellis relinquitur. Quare si ſm expositas proportiones unius gradus diuidatur habebimus angulum F.E.I.In Saturno quidem sexagesimarum.26.In Ioue autem.24.& angulum.F.E C.In Saturno sexagesimarum.34.in Ioue.36. Quare totus etiam.A.E.G.angulus declinationis excentrici erit in Saturno quidem graduũ.2.26. In Ioue autem.1.24. pro qbus(cõmodius enim est)Abusi sumus gradibus.2.30.&.1.30.hinc.T.C.quoq; arcus declinationis epicyclorum colligitur/In Saturno quidem graduũ.4.30.In Ioue autem.2.30.Totidem enim in tabulis inæqualitatis utriusq; cõtinent rursum inuentas proxime magnitudines angulorum.F.E.I.&.F.E.C.

¶ Ad angulum.F.E.C.



¶ De componendis particulariũ latitudinis motuũ tabulis. Cap.IIII.

EX ISTIS igitur nobis integræ maximarum declinationum tam excentricorum q̃ epicyclorum magnitudines constitutæ sunt.Verũ ut particularium quoq; distantiarum latitudines quotidie facile possimus inuenire:qnq; planetarum quinq; tabulas composuimus.Totidem singulas uersuum quot inæqualitatis tabulæ sunt/ordinum autem quinq; quorum duo primi numeros similiter ut illi etiam continent.Tertii distantiis ſm latitudinem circuli per medium congruentes particularibus epicyclorum arcubus declinationibus maximis quæ in Venere quidem atq; Mercurio in nodis excentricorum fiunt.In reliquis autem tribus in borealibus excentricorum terminis.In his quarti etiam ordines similes congruentias quæ fiunt in australibus excentricorum terminis continebunt/computata in his tribus maxima ipsorum etiam excentricorum tum ad septẽtrionem tum ad meridiem remotione.Inuenimus autem hos arcus.In Venere quidem atq; Mercurio per unũ. ¶ Rursus Theorema hoc modo.Sit enim in superficie quæ rectos facit cum circulo per medium angulos.A.B.G.quidem linea communis ipsius & zodiaci sectio:linea uero.D.B.E.communis sectio superficiei epicycli & sit A.centrum zodiaci.B.autem centrum epicycli/linea uero.A.B.sit epicyclorum distantia quæ in maximis declinationibus fit/descriptoq; circa.B.centrum/epicyclo D.F.E.I.coniungatur.F.B.I.diameter recta ad lineam.D.E.Supponatur autem etiam epicycli superficies recta ad subiectam superficiem ut lineæ/quæ ductæ in ipsa/rectos angulos ad lineam.D.E.faciant/omnes quidem ceteræ æquidistantes sint ad superficiem per medium.Linea uero.F.I.sola in ipsa sit/propositumq; sit data proportione.A.B.lineæ ad.B.E.& magnitudine declinationis hoc est angulo.A.B.E.inuenire motus stellarum secundum latitudinem/quando exempli gratia distant a puncto.E.minimæ lõgitudinis epicycli gradibus.45.talium qualium est epicyclus.360. Nam differentias etiam quæ fiunt in motibus longitudinis propter has declinationes similiter intendimus demonstrare.Hæ autem differentiæ in motibus qui fiunt inter minimã lõgitudinem.&.F.&.I.pũcta maximæ sunt:ꝓpterea q̃ in dictis pũctis iidem sunt cum illis q absq; inclinationibus fiunt:ut intercipiatur igitur arcus.E.T. graduũ(ut diximus.)45.ducaturq; ad lineam quidem.B.E.perpendicularis.T.C. ad superficiem uero circuli per medium perpendiculares.C.L.&.C.M.& coniungãtur.T.B.&.L.M.&.A.M.&.A.T.lineæ q̃ igitur.L.C.T.M.quadrilatera figura parallelogramma & rectangula est/propterea q̃.C.T.æquidistans est ad superficiem circuli per medium.Et q̃ additionem subtractionemue longitudinis.L.A.M.angulus continet/Motum uero latitudinis angulus.T.A.M.cum anguli.A.L.M.&.A.M.T



rectis ſint. Ideo ꝑ. A. M. quoq; linea in ſuperficie circuli per medium inuenitur perſpicuum eſt. Nunc autem quanti colliguntur motus quos quærimus in utraq; dictarum ſtellarum demonſtrandum eſt. Et primum in Venere: quoniam igitur arcus. E. T. talium eſt. 45. qualium eſt epicyclus. 360. erit etiam angulus. E. B. T. qui eſt in centro epicycli talium. 45. qualium quatuor recti ſunt. 360. qualium uero duo recti ſunt. 360. talium. 90. quare uterq; arcus. B. C. &. C. T. linearum talium eſt. 90. qualium eſt circulus. qui. B. T. C. rectangulo circũſcribitur. 360. utraq; igitur chorda talium eſt. 84. 52. qualium. B. T. quæ rectum ſubtendit. 120. qualium igitur eſt. B. T. ſemidiameter epicycli. 43. 10. &. A. B. mediæ diſtantiæ. 60. In hac enim maxime declinatio epicycli maxima fit/talium erit utraq; linearum. B. C. &. C. T. 30. 32.

¶ Rurſus quoniam. A. B. E. angulus declinationis talium ſupponitur. 2. 30. qualium quattuor recti ſunt. 360. qualium uero duo recti ſunt. 360. talium. 5. erit etiã arcus lineæ. L. C. talium. 5. qualium eſt circulus. qui. B. L. C. rectangulo circunſcribitur 360. arcus uero lineæ. B. L. 175. ad ſemicirculum reliquorum. Chordæ igitur etiã ſuæ C. L. quidem talium erit. 5. 14. qualium eſt. B. C. quæ rectum ſubtendit. 120. &. B. L. 119. 53. earũdem: quare qualium eſt. B. C. quæ rectum ſubtendit. 30. 32. &. A. B. linea 60. talium. C. L. quod erit. 1. 20. &. B. L. 30. 30. earũdem / &. A. L. 29. 30. reliquarum. Eſt autem etiam. L. M. cum ſit æqualis lineæ. C. T. 30. 32. earũdẽ quare. A. M. etiam quæ rectum ſubtendit. 42. 27. earũdem colligitur. Qualium igitur eſt. A. M. quæ rectum ſubtendit. 120. talium erit etiam. L. M. 86. 19. & angulus. L. A. M. additionis ſubtractionis ue ſm longitudinem in hoc ſitu talium erit. 92. 0. qualium duo recti ſunt 360. qualium uero quattuor recti ſunt. 360. talium. 46. 0. Similiter quoniam qualium eſt. A. M. linea. 42. 27. talium etiam eſt. T. M. cum ſit æqualis lineæ. C. L. 1. 20. & quadrata ipſarum compoſita faciunt quadratum lineæ. A. T. erit linea quoq;. A. T. 42. 29. earũdem per longitudinem/qualium igitur eſt. A. T. quæ rectũ ſubtendit. 120. talium etiam erit. E. M. 3. 46. &. T. A. M. angulus receſſus ſm latitudinem talium. 3. 36. qualium duo recti ſunt. 360. Qualiũ uero quattuor recti ſunt. 360. talium. 1. 48. hos gradus apponimus in ordine tertio Tabulæ Veneris in uerſu qui cõtinet numerum graduum. 135. ¶ Verum ut factam additionis ſubtractionis ue longitudinis differentiam computaremus. Deſcribatur ſimilis figura in qua epicyclus declinatus nõ ſit. Et quoniam in utraq; linearum. B. C. &. C. T. talium demonſtrauimus. 30. 32. qualium eſt. A. B. 60. fit. A. C. reliquarum. 29. 28. cuius quadratum compoſitum cum quadrato lineæ. C. T. facit. Quadratum lineæ. A. T. Erit igitur etiam. A. T. 42. 26. per longitudinem earũdem. Qualium igitur eſt. A. C. quæ rectum ſubtendit. 120. talium. C. T. quoq; erit. 86. 21. Angulus uero. T. A. C. additionis ſubtractionis ue ſecũdum lõgitudinem talium. 92. 4. proxime qualium duo recti ſunt. 360. qualium uero quatuor recti ſunt. 360. talium. 46. 2. Fuit autem in declinatiõe demonſtratus. 46. earũdem. Deficit igitur additio ſubtractioue ſm longitudinem. Idq; propter declinationem epicycli duabus unius gradus ſexageſimis. ¶ Rurſus ut motus quoq; Mercurii demonſtretur. Deſcribatur figura ſuperiori ſimilis. Supponaturq; arcus. E. T. graduum ſimiliter. 45. ut utraq; rurſus. B. C. &. C. T. linearum talium colligatur. 84. 52. qualium eſt. B. T. quæ rectum ſubtendit. 120. qualium eſt igitur. B. T. epicycli ſemidiameter. 22. 30. &. A. B. linea diſtantiæ quæ fit in maximis declinationibus. 56. 40. Hæc enim nobis omnia demonſtrata ſunt. talium etiam utraq;. B. C. &. C. T. linearum erit. 15. 55. ¶ Rurſus quoniam. A. B. E. angulus declinationis epicycli talium ſupponitur. 6. 15.. qualium quatuor recti ſunt. 360. qualium uero duo recti ſunt. 360. talium. 12. 30. erit etiam arcus. L. C. lineæ talium. 12. 30. qualium eſt circulus qui. B. C. L. rectangulo circũſcribitur. 360. Arcus autem lineæ. B. L. 167. 30. ad ſemicirculum reliquorum Quare ſuæ quoq; chordæ. C. L. quidem talium erit. 13. 4. qualium. B. C. quæ rectũ angulum ſubtendit. 120. B. L. uero. 119. 17. eorũdem. Quare qualium. B. C. linea demonſtrata eſt. 15. 55. &. A. B. ſupponitur. 56. 40. taliũ. C. L. quoq; erit. 1. 44. &. B. L. 15. 49. & reliqua. A. L. 40. 51. earũdem. Et quoniam quadratum lineæ. A. L. cum quadrato lineæ. L. M. facit quadratum lineæ. A. M. habebimus ipſam quoq; talium per longitudinem. 43. 50. qualium eſt. L. M. linea. 15. 55. Quare qualium eſt. A. M. quæ





rectum ſubtendit.120.talium.L.M.quoq; erit.43.34.&.L.A.M.angulus additio/
nis ſubtractionis ue ſecundum longitudinem talium.42.34.qualium duo recti ſũt
360. Qualiũ uero quatuor recti ſunt.360.talium.21.17.ſimiliter quoniam qualiũ
eſt.A.M.linea.43.50.talium.T.M.quæ eſt æqualis lineæ.C.L.colligitur.1.44.&
quadrata ipſarum compoſita faciunt quadratũ lineæ.A.T.habebimus hanc quoq;
43.52.per longitudinem earundem:qualium igitur eſt.A.T.quæ rectum ſubtendit
120.talium etiam.T.M.erit.4.41.&.T.A.M.angulus ipſius remotionis ſecundum
latitudinem talium.4.32.qualium duo recti ſunt.360.qualium uero quatuor recti
ſunt.360.talium.2.16. Hos gradus rurſum in tertio tabulæ Mercurii ordine in eo//
dem uerſu apponemus: hoc eſt in uerſu qui continet numerum graduum.135.
¶ Rurſus propter collationem additionis ſubtractioniſq;/ deſcribatur figura abſq;
ulla declinatione:& quoniam demonſtratum eſt talium eſſe utranq;.T.C.&.C.B.
linearum.15.55.qualium eſt.A.B.56.40.& reliqua.A.C.40.45.earũdem: quoniãq;
quadratum.A.C.lineæ cum quadrato lineæ.C.T.facit quadratum lineæ.A.T.habe/
bimus etiam ipſam talium per longitudinem.43.45.qualium erat.T.C.15.55.qua/
lium ergo eſt.A.T.rectum angulum ſubtendens.120.talium etiam.C.T.erit.43.39.
&.C.A.T.angulus additionis ſubtractioniſq; longitudinis talium.42.40.qualium
duo recti ſunt.360.qualium uero quatuor recti ſunt.360.talium.21.20.fuit autem
demonſtrata graduum.21.17.in declinatione:Minor ergo etiam hic additio ſubtra/
ctio ue longitudinis tribus unius gradus ſexageſimis/ propter declinationem in/
uenta eſt/Motus igitur latitudinis harum duarum ſtellarum qui fiunt in maximis
declinationibus hoc modo nobis tractati ſunt:propterea q̃ tunc fiunt quãdo excen
tricus in eadem cum circulo per medium ſignorum eſt ſuperficie/ Reliquarum ue/
ro trium ſtellarum per aliud Theorema propterea q̃ in maximis excentricorum de/
clinationibus epicyclorum quoq; maximæ ſunt:quare operepreciumerit computa/
tos habere motus latitudinis:qui ex utraq; declinatione colliguntur. ¶ Sint igitur
rurſum in ſuperficie quæ ad rectos angulos ad ſuperficiem circuli per mediũ ſigno/
rum eſt cõmunis ad ipſam ſectio ſuperficiei quidem circuli per medium linea.A.B.
Superficiei autem excentrici linea.A.G.ſuperficiei uero epicycli linea.D.G.& ſit pũ
ctum.A.zodiaci centrum epicycli uero.G.& deſcribatur circa.G.epicyclum.D.F.E.
I.ſic rurſus ut linearum quæ ductæ ſunt ad.D.E.lineam rectos angulos faciant:Dia
meter quidem.F.G.I.& in excentrici ſuperficie ſit & æquidiſtans ad ſuperficiem cir
culi per medium:reliquæ autem utriſq; ſuperficiebus dictis æquidiſtantes:& inter/
cipiatur ſimiliter arcus.E.T.eorundem ſuppoſita graduum.45.& a puncto.T.ubi
ſtella eſt.T.C.perpendicularis ducatur.Similiter a punctis.T.&.C.ad ſuperficiem cir
culi per medium perpendiculares.C.B.&.T.L.& coniungantur.B.L.&.A.L.lineæ
propoſitumq; ſit tum longitudinis additionem ſubtractionem ue ab angulo.B.A.
L.contentã tum latitudinis motum ab angulo.L.A.T.contentum inuenire. Duca
tur igitur etiã ad.A.G.lineam a puncto.C.perpendicularis.C.M.cõiunganturq;.G.
T.&.A.C.&.A.T.lineæ:ſupponaturq; propter demõſtrata utranq; rurſus linearum
G.C.&.C.T.taliũ.84.52.qualiũ eſt.G.T.quæ rectum ſubtendit.120.quoniam igitur
primum in Saturno ſemidiameter epicycli talium demonſtrata eſt.6.30.qualiũ me
dia longitudo eſt.60.erit etiam utraq; linearum.G.C.&.C.T.talium.4.36.qualiũ ẽ
G.T.quæ rectum ſubtendit.6.30.& quoniã.A.G.E.angulus declinationis epicycli
taliũ ſupponit.4.30.qualiũ quatuor recti ſunt.360.qualiũ uero duo recti ſunt.360
taliũ.9.erit etiam arcus lineæ.C.M.talium.9.qualium eſt circulus qui.G.C.M.rectã
gulo circunſcribitur.360.arcus uero lineæ.G.M.171.ad ſemicirculum reliquorum/
chordæ igitur etiam ſuæ.C.M.quidem talium erit.9.25.qualium eſt.G.T.quæ re/
ctum ſubtendit.120.G.M.uero.119.38.earundẽ:quare qualium eſt.C.C.linea.4.36.
talium quoq;.C.M.erit.0.22.&.G.M.4.35. ¶ Sed in maxima declinatione ſemi/
circuli longiores diſtantiæ.A.G.linea diſtantiæ quæ in principio libræ fit ut a
prædemonſtratis (in theorematibus) inæqualitatibus colligitur.62.10.earundem
eſt:reliqua igitur.A.M.57.35.talium relinquitur:qualium eſt.M.C.0.22.& propte
rea etiam.A.C.quæ rectum ſubtendit.57.35.earundẽ:quare qualium eſt.A.C.quæ
rectum ſubtẽdit.120.taliũ erit etiã.C.M.0.46.& angulus.C.A.M.talium.0.44.q̃/







liũ duo recti ſũt.360.ſupponit' aũt ét.B.A. C.angulus declinatiõis excentrici.2.30. qualiũ quatuor recti ſunt.360.qualiũ uero duo recti ſunt.360.taliũ.5.& totus ergo angulus.B.A.C.taliũ erit.5.44. qualium duo recti ſunt.360. quare arcus quoq; lineæ.B.C.talium eſt.5.44.qualium eſt circulus q.B.A.C. rectangulo circunſcribitur 360.arcus uero lineæ.A.B.174.16.ad ſemicirculũ reliquorũ. Chordæ igit' ét ſuæ.B. C.quidẽ taliũ eſt.6.0.qualiũ.A.C.quæ rectũ ſubtendit.120.A.B.autẽ.119.51.earundẽ: Quare qualiũ ẽ.A.C.linea.57.35.taliũ.B.C.quoq; erit.2.53.&.A.B.57.31.eſt autem etiã.B.L.linea(cũ ſit æqualis lineæ.C.T.)4.36.earũdẽ:& qm̃ quadratũ lineæ.A.B. cũ quadrato lineæ.B.L.facit quadratũ lineæ.A.L.habebimus etiã hãc.57.42.per lõgitudinẽ earundẽ. ℭ Similiter qm̃ linea.L.T.cũ ſit æqualis lineæ.B. C.2.53. earũdẽ eſt & quadratũ lineæ.A.L.cum quadrato lineæ.L.T.facit quadratũ lineæ.A.T.habebimus etiã longitudinẽ huius.57.46.earundẽ:quare qualiũ eſt.A.T.quæ rectũ ſubtendit.120.talium.L.T.quoq; erit.5.59.&.T.A.L.angulus remotionis ſm latitudinẽ taliũ.5.44.qualiũ duo recti ſunt.360.qualiũ uero quatuor recti ſunt.360.taliũ.2. 52.quos gradus ĩ tertio tabulæ/ Saturni ordine:ĩ numero graduum. 135.apponemꝰ. ℭ In maxima uero declinatione/quæ in ſemicirculo minimæ longitudinis eſt qm̃ A.C.linea diſtantiæ quæ in principio Arietis eſt talium colligitur.57.40.qualiũ.C. M.0.22.demonſtrata eſt:&.C.M.ſimiliter.4.35.atq;.10.reliqua.A.M.ſit.53.5.&.A. C.quæ rectum ſubtendit/ Quoniã in differenti quodam maior eſt q̃.A.M.53.5. erit etiam.C.M.talium.0.50.qualium eſt.A.C.quæ rectum ſubtendit.120.& angulus.C.A.M.talium.0.48.qualium duo recti ſunt.360. Eorundem uero etiam angulus.B.A.C. ſupponitur.5.& totus igitur.B.A.C.talium eſt.5.48.qualium quatuor recti ſunt.360. quare arcus quoq; lineæ.B.C. talium erit.5.48.qualium eſt circulus qui.B. A.C.rectangulo circunſcribitur.360.arcus uero lineæ.A.B.174.12. ad ſemicirculum reliquorum/ chordæ igitur etiam ſuæ.B.C.quidem talium erit.6. 4.qualium eſt.A.C.quæ rectum ſubtendit.120.&.A.B.119.51.earundem: quare qualium eſt.A.C.linea.53.5.talium etiam.B.C.erit.2.41.&.A.B.53.1.& quoniam quadratum lineæ.A.B.cum quadrato lineæ.B.L.facit quadratum lineæ.A.L.demonſtrataq; eſt linea.B.L.4.36.earundem:habebimus etiam longitudinem lineæ.A. L.53.13.earundem: quare qualium eſt.A.L.quæ rectum ſubtendit.120.talium etiam.B.L.erit.10.23.&.B.A.L.angulus additionis ſubtractioniſq; ſecundum lõgitudinem talium.9.56.qualium duo recti ſunt.360.qualium uero quatuor recti ſunt.360.talium.4.58. ℭ Rurſus quoniam qualium eſt.A.L.linea.53.13. talium etiam.T.L.cum ſit æqualis lineæ.B.C.eſt.2.41.& quadrata iſtarum faciunt ſimiliter quadratum lineæ.A.T.habebimus huius quoq; longitudinem.53.17.earundem/quare qualium eſt.A.T.quæ rectum ſubtendit.120. talium. T.L.quoq; erit.6. 3.&.T.A.L.angulus remotionis ſecundum latitudinem talium.5.46.qualium duo recti ſunt.360.qualium uero quatuor recti ſunt.360. talium.2.53.quos etiam gradus in quarto eiuſdem tabulæ ordinæ ad numerum graduum.135. apponemus. ℭ Verum ut collationem etiam additiõnis ſubtractioniſq; ſecundum longitudinẽ in declinatione minoris diſtãtiæ faciamus: Deſcribatur rurſus figura in qua nulla ſit declinatio:& quoniam qualium eſt.A.C.huius diſtantiæ linea.57.40. taliũ utraq; linearum.C.C.&.C.T.ſupponitur.4.36.& reliqua. A. C.53.4. earundem: & quadratum ſuum cum quadrato lineæ. C. T. facit quadratum lineæ. A. T. habebimus etiam longitudinem huius partium.53.16.quare qualium eſt.A.T.quæ rectũ ſubtendit. 120. talium etiam.C.T.erit.10.22.&.T.A. C.angulus additionis ſubtractioniſq; ſecundum longitudinem talium.9.54.qualium duo recti ſunt.360. qualium uero quatuor recti ſunt.360.talium.4.57.ſed demonſtratus fuit.4. 58. eorundem inclinationibus fuiſſe: additio igitur ſubtractioue ſecundum longitudinem una ſexageſima propter utraſq; declinationes ſubaucta eſt. ℭ Deſcribatur rurſus figura declinationum/ demonſtratas in ſtella Iouis continens proportiones: ut qualium eſt ſemidiameter epicycli. 11. 30. talium utraq; linearum. C. C. & . C. T. colligatur. 8. 8. quoniam ergo. A. C. E. angulus declinationis epicycli talium ſupponitur. 2. 30. qualium quatuor recti ſunt. 360. qualium uero duo recti ſunt 360. talium. 5. erit etiam arcus lineæ. C. M. talium. 5. qualium eſt circulus qui rectan/



gulo.G.C.M.circũſcribitur.360.arcus uero lineæ.G.M.175.ad ſemicirculũ reliquo/
rũ:chordæ igitur etiã ſuæ.C.M.quidẽ taliũ erit.5.14.qualiũ.G.C.quæ rectũ ſubten/
dit.120.&.G.M.119.53.quare qualiũ ẽ.G.C.linea.8.8.&.A.G.linea lõgitudinis quæ
in principio libræ fit.62.30.taliũ etiã.C.M.erit.0.21. &. G.M.8.8. ſimilr: & reliqua
M.A.54.22.& propterea etiam.A.C.quæ rectum ſubtendit quoniã indifferenti quo
dã maior eſt q̃ linea.A.L.earundem erit.54.22.quare qualium eſt.A. C. quæ rectum
ſubtendit.120.taliũ.C.M.quoq; erit.0.46.& angulus.C.A.M.talium.0.44.qualiũ
duo recti ſunt.360.Sed.B.A.G.quoq; angulus declinationis excentrici talium ſup
ponitur.1.30.qualium quatuor recti ſunt.360.qualium uero duo recti ſunt.360. ta
lium.3.& totus igitur.B.A.C.angulus talium eſt.3.44.qualium duo recti ſũt.360.
quare arcus quoq; lineæ.C.B.talium erit.3.44.qualium eſt:circulus qui.B.A. C. re/
ctangulo circũſcribitur.360.arcus uero lineæ.A.B.176.16.ad ſemicirculum reliquo/
rum/Chordæ igitur etiam ſuæ.C.B.quidem talium erit.3.54.qualium.A.C.quæ re
ctum ſubtendit.120.A.B.autem.119.56.earundem:quare qualium.A.C.linea eſt.54.
22.talium.C.B.quoq; erit.1.46.&.A.B.54.20. ſed prædemonſtrata iam linea.B. L.
8.8.carundem eſt:& quoniam quadrata ſua ſimul faciunt quadratum lineæ.A. L.
habebimus huius quoq; longitudinem.54.56.earundem:ſimiliter quoniam.L. T.
linea.1.46.earundẽ eſt:& quadrata ſua ſimul faciunt quadratum lineæ.A. T. habe/
bimus hanc quoq;.54.58.quare qualium eſt.A.T.quæ rectũ ſubtendit.120.taliũ. L.
T.quoq; erit.3.52.&.T.A.L.angulus remotionis ſecũdum latitudinẽ talium.3.42.
qualium duo recti ſunt.360.qualium uero quatuor ſunt.360. taliũ.1.51. quos gra/
dus in ordine(tabula Iouis)tertio ad numerũ.135.apponem9. ¶ Similiter qm̃.A.
G.linea longitudinis quæ fit in principio Arietis talium colligitur.57.30.qualium
demonſtrauimus.C.M.lineã.0.21.&.G.M.8.8.& ſic reliqua etiam.A. M. hoc eſt. A.
C.quæ in differenti quodam maior rel inquitur.49.22.earundem:& propterea qua/
lium eſt.A.C.quæ rectum ſubtendit.120.talium.E.M.quoq; eſt.0.51.& angulus. C.
A.M.talium.0.49.qualiũ duo recti ſunt.360.colligetur totus etiã angulus. B.A.C.
3.49.eorundem:quare qualium arcus etiã lineæ.C.B.taliũ erit.3.49.qualiũ eſt cir/
culus qui rectangulo.A.C.B.circunſcribitur.360.arcus autem lineæ.A.B.176.11.ad
ſemicirculum reliquorum/chordæ igitur etiã ſuæ.B.C.quidẽ erit.3.59.qualium eſt
A.C.quæ rectũ ſubtendit.120.A.B.autem.119.56. earundem: quare qualium eſt.A.
E. linea.49.22.taliũ etiam.C.B.erit.1.39.&.A.B.49.20.& propterea quoniam.B.L.
linea.8.8.earundem eſt/& quadrata ſua ſimul ſumpta faciunt quadratum lineæ. A.
L.habebimus huius quoq; longitudinem.50.0.quare qualium eſt.A.L. quæ rectũ
ſubtendit.120.talium.B.L.quoq; erit.19.31. &.B.A. L. angulus additionis ſubtra/
ctioniſq; ſecundũ lõgitudinem talium.18.44.qualiũ duo recti ſunt.360.qualium
uero quatuor recti ſunt.360.taliũ.9.22. ¶ Rurſum quoniam qualium eſt. A. L. li/
nea.50.0.talium.T.L.quoq; colligit̃.1.39.quadrataq; ſua ſimul faciunt quadratũ
lineæ.A.T.habebimus huius quoq; longitudinem earundem.50. & ſexageſimarũ
duarũ/qualium igit̃ eſt.A.T.quæ rectũ ſubtendit.120.talium erit.L.T.3.57.& angu
lus.T.A.L.remotionis ſm latitudinẽ taliũ.3.46.qualium duo recti ſunt.360. qua/
liũ uero quatuor recti ſunt.360.taliũ.1.53.quos gra.in quarto tabulæ ordine ad nu/
merũ.135.graduũ apponem9. ¶ Sed collatiõis etiã additionũ ſubtractionũ ue lõgi/
tudinis cã ſine declinationib9/figura rurſũ deſcribat̃:& qm̃ in ꝓpoſita diſtãtia q̃liũ
eſt utraq; linearũ.T.C.&.G.C.8.8.taliũ tota quoq;.A.G.57.30.& reliqua.A.C.49.22.
earũdẽ & quadratũ ſuũ cũ q̃drato lineæ.T.C.facit quadratũ lineæ.A.T.hẽbimus hu
ius quoq; lõgitudinẽ earũdẽ.50.& ſexageſimarũ duarũ/ quare qualiũ eſt.A.T.quæ re
ctũ ſubtendit.120.taliũ/&.T.C.erit.19.30.&.T.A.C. angulus additionis ſubtractio/
nis ue:ſecundũ longitudinũ talium.18.42.qualiũ duo recti ſunt.360.q̃liũ uero qua
tuor recti ſunt.360.taliũ.9.21.fuit aũt in declinationib9 etiã demõſtratus.9.22.addi/
dit ergo rurſum additio ſubtractio ue ſm lõgitudinẽ ꝓpter utraſq; declinatiões ſexa
geſimã unã. ¶ Deiceps ꝓp Martis quoq; ꝓportiones deſignet̃ primũ declinationũ
deſcriptio colligaturq; rurſũ utraq; linearũ.C.C.&.C.T.taliũ.27.56.qualiũ eſt.C.T.
ſemidiameter epicycli.39.30.qm̃ igit̃.A.C.E.angulus declinationis epicycli talium
ſupponit̃.2.15.qualiũ quatuor recti ſunt.360.qualium uero duo recti ſunt.360.ta/





